sic — *Spengel.* civium gratia — *Baehrens* cum — *del. Acidalius.* 12 quid? non illustres — *Roth* qui non — ω qui tam — *Boetticher, Ms.* quinam illustriores — *Orelli, Np. Hm. Ml. Wf. And.* quidnam illustrius est — *Steiner, Pt.* qui magis sunt illustres — *Baehrens* qui enim illustriores — *Iohn* qui non [in urbe modo sed in orbe sunt] illustres et in urbe — *suppl. Vahlen* quinam ill. [et incliti] — *add. A. Greef* sunt — *ins. Schopen.* et ante non *dell. Haase, edd.* et noti — *Eckstein.* in urbe — *om. D.* 13* iuvenes vacuos — *scripsi Pro* iuvenes B *habet vacuos quod receperunt Np. Pt. Hm. Ml. And.* impuberes — *coni. Baehrens.* 14* modo recta est indoles et — *scripsi m. r. et ind.* — ACDV modo morum (b) et recta ind. — B. *And. m. recta ind.* — E est — ABCD *om. EV* sit — *Michaelis* r. i. est — *Halm* ind. recta — *Baehrens.* 18 in provinciis — *add. Nipperdey.* 19 vultus — *Acidalius* vultu — *Halm olim.*

8. 2 bibium — B Vibium — C iubium — V. 3* *minores* — *conieci praeunte Haase.* minus — ω *Pt.* notos post minus *add. Ursinus, Np. Hm. Ml. Wf. post esse Lipsius* illustres post minus — *add. Ribbeck, Bs. And.* minoris — *Rutgersius.* dicuntur — *del. Sauppe.* 5 *bis alterius* — *ins. Pichena.* b *lacunam in margine indicavit alterius bis milies* — *Friedländer.* *Eadem verba post sestertium add. Lipsius* alterius ter milies, alt. bis milies — *Baehrens* alterutrius — *Philipp.* 6 quin ad — *Andresen olim* quoniam — *Baehrens.* 7 *sed* — *add. Lipsius.* ipsa eloquentia — *del. b. Ritter.* 9 ad quantum — EV *quantam* — *Acidalius.* *perven-*

sed haec, ut supra dixi, proxima et quae non auditu cognoscenda 10
 sed oculis spectanda haberemus. nam quo sordidius et abiectius
 nati sunt quoque notabilior paupertas et angustia rerum na-
 scentes eos circumsteterunt, eo clariora et ad demonstrandam
 oratoriae eloquentiae utilitatem inlustriora exempla sunt, quod
 sine commendatione natalium, sine substantia facultatum, neuter 15
 moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per
 multos iam annos potentissimi sunt civitatis ac, donec libuit,
 principes fori, nunc principes in Caesaris amicitia agunt ferunt-
 que cuncta atque ab ipso principe cum quadam reverentia
 diliguntur, quia Vespasianus, venerabilis senex et patientissimus 20
 veri, bene intellegit [et] ceteros quidem amicos suos iis niti,
 quae ab ipso acceperint quaeque et ipsis accumulare et in alios
 congerere promptum sit, Marcellum autem et Crispum attulisse
 ad amicitiam suam quod non a principe acceperint nec accipi
 possit. minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines ac 25
 tituli et statuae, quae neque ipsa tamen negleguntur, tam her-
 cule quam divitiae et opes, quas facilius invenies qui vituperet
 quam qui fastidiat. his igitur et honoribus et ornamentis et
 facultatibus refertas domos eorum videmus, qui se ab ineunte
 aetate causis forensibus et oratorio studio dederunt. 30

rent—*malim.* 11 habemus—*b Put.* habeamus—*Dronke.* 12 quoque—*B*
 quosque—*ω* notabiliter—*D.* angustia rerum—*Put.* angustia ereptum—*ω*
 angustiae rerum—*Lipsius, edd.* angustia parentum—*b Agricola.* 14 nobili-
 tatem—*Acidalius* dignitatem—*Spengel.* 15 abundantia fac.—*Peerlkamp.*
 17 sunt—*om.* DP ac—*om.* C. 18 alterum principes del. *Helbreich* princeps—
 DV. geruntque—*Moser, Ms. Bs.* reguntque—*Peerlkamp* vertuntque—*Bur-*
sian. 20* p. vir—*P edd. rett.* sapientissimus vir—*Acidalius, Pt.* potentissimus
 —*Urlichs* prudentissimus—*Mühly.* 21 et—*om.* *Put. coll. post* quaeque—
Peter, Wf. et sentit cet.—*Knaut* et scit—*Baehrens.* ipsis—*ω Pt. Wf.* ipsi—
Lipsius. aut in—*coni. Baehrens.* 23 congere—*DV.* sit—*Halm* est—*ω.*
 24 alii principes—*D.* 25 inter haec tot—*Vahlen, Bs.* tanta praemia—*coni.*
Andresen tot res ac tantas—*Nipperdey.* possint—*DEV.* 26 tam parum her-
 cule—*Baehrens.* 20 ec. um—*om.* D. 30 aetate—*C. Heraeus* aetate adulescentia
 adulescentia

—*C* adulescer. — *ω edd.* (ortum est ex ineunte aetate).

9. Nam carmina et versus, quibus totam vitam Maternus insumere optat (inde enim omnis fluxit oratio), neque dignitatem ullam auctoribus suis conciliant neque utilitates alunt; voluptatem autem brevem, laudem inanem et infructuosam consequuntur. licet haec ipsa et quae deinceps dicturus sum aures tuae, Materne, respuant, cui bono est, si apud te Agamemnon aut Iason diserte loquitur? quis ideo domum defensus et tibi obligatus redit? quis Saleium nostrum, egregium poetam vel, si hoc honorificentius est, praeclarissimum vatem, deducit aut salutatur aut prosequitur? nempe si amicus eius, si propinquus, si denique ipse in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secundum recurret aut ad te, Materne, non quia poeta es, neque ut pro eo versus facias; hi enim Basso domi nascuntur, pulchri quidem et iucundi, quorum tamen hic exitus est, ut cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte unum librum excudit et elucubrat, rogare ultro et ambire cogatur, ut sint qui dignentur audire, et ne id quidem gratis; nam et domum mutuatur et auditorium exstruit et subsellia conducit et libellos dispergit. et ut beatissimus recitationem eius eventus prosequatur, omnis ista laus intra unum aut alterum diem, velut in herba vel flore praecepta, ad nullam certam et solidam pervenit frugem, nec aut amicitiam inde refert aut clientelam aut mansurum in animo cuiusquam beneficium sed clamorem vagum et voces inanes et gaudium voluere. laudavimus nuper ut miramur et eximiam Vespasiani liberalitatem, quod quingenta sestertia

9. 3 addunt — *Gutmann* ut. alias — *John* utilitatem solidam — *Ribbeck*, *Bs.* 4 et infructuosam — *om.* D. 5 deinceps — AB deinde — *ω.* 8 Caeleium — A Coeleium — B Saltium — D. 10 amicus est si — AB. 12 decurret — *Gronovius.*

ut — *om.* D. 15 excudit — BCD extudit — AE extudit — EV. 18 B *in margine adscripsit* (Iuv. VII. 43): Maculonius commodat aedes ac longe ferrata domo servire iubetur et quae conducto pendent anabathra cirillo. 20 ista — ABE illa — CDV. diem virens dein in — *Baehrens.* 21 praecepta — *Schele, Hm. Bs.* Nk. praecepta — CDV percepta — ABE intercepta — *Peckel* *adu.* 22 [poeta]

Basso donasset. pulchrum id quidem, indulgentiam principis ingenio mereri: quanto tamen pulchrius, si ita res familiaris exigat, se ipsum colere, suum genium propitiare, suam experiri liberalitatem! adice quod poetis, si modo dignum aliquid elaborare et efficere velint, relinquenda conversatio amicorum et iucunditas urbis, deserenda cetera officia, utque ipsi dicunt, in nemora et lucos, id est in solitudinem secedendum est.

10. Ne opinio quidem et fama, cui soli serviunt et quod unum esse pretium omnis laboris sui fatentur, aequae poetas quam oratores sequitur, quoniam mediocres poetas nemo novit, bonos pauci. quando enim *vel* rarissimarum recitationum fama in totam urbem penetrat? nedum ut per tot provincias inno- 5 tescat. quotus quisque, cum ex Hispania vel Asia, ne quid de Gallis nostris loquar, in urbem venit, Saleium Bassum requirit? atque adeo si quis requirit, *ut* semel vidit, transit et contentus est, ut si picturam aliquam vel statuam vidisset. neque hunc meum sermonem sic accipi volo, tamquam eos quibus natura 10 sua oratorium ingenium denegavit deterream a carminibus, si modo in hac studiorum parte oblectare otium et nomen inserere possunt famae. ego vero omnem eloquentiam omnesque eius partes sacras et venerabiles puto, nec solum cothurnum vestrum aut heroici carminis sonum, sed lyricorum quoque iucunditatem 15

refert — *add. Novák.* 25 liberalitatem — E libertatem — ω . 26 intelligentiam — D. 27 si . . . exigat — *post* quidem *coll. E. Wolff.* 28 genium — *Lipsius* ingenium — ω . 31 cetera — *om.* D. utque — AE ut quae — CV quae — D et ut — B. 32 [*id* — solitudinem] — *incl. Lange.* secedendum — *Schele* recedendum — ω . B *in margine adscripsit* Silva placet Musis.

10. 1 B *in margine adscripsit* (Ovid, A. A. III. 404): Quid quaeritur sacris nisi tantum fama poetis. 2 omnis — AEV omnes — C inquit omnes — D *om.* B. aequae — *Put.* atque — ω . 3 sequitur — CDEV [*in*] sequitur — A insequitur — B. 4* vel (t) — *add. Baehrens* clarissimarum — *Steiner* rarissima harum — *Andresen* harum — *Sedlmayer.* 5 nedum — b, *edit. Ald. 1534.* medium — ω metrum — *Put.* 7 Gallis — *Schulting.* Salerium — B Saltim — C. 8 [atque — requirit] — *om.* D. ut — *Acidalius* et — ω . transisse contentus est — *Stangl.* 9 antiquam — *coni. idem.* 11 sua — *del. Andresen, Wf.* criminibus — D. 15 solum — D. 16 et — *Acidalius.* 17 habet — *Heumann, Np. Hm. Ml.* habeat

et elegorum lascivias et iamborum amaritudinem *et epigramma-*
tum lusus et quameumque aliam speciem eloquentia habet,
 anteponendam ceteris aliarum artium studiis credo. sed tecum
 mihi, Materne, res est, quod, cum natura tua in ipsam arcem
 20 eloquentiae ferat, errare mavis et *mox* summa adeptus in leviori-
 bus subsistis. ut si in Graecia natus esses, ubi ludieras quoque
 artes exercere honestum est, ac tibi Nicostrati robur ac vires di-
 dedissent, non paterer inmanes illos et ad pugnam natos lacer-
 tos levitate iaculi aut iactu disci vanescere, sic nunc te ab audi-
 25 toriis et theatris in forum et [ad causas et ad] vera proelia
 voco, cum praesertim ne ad illud quidem confugere possis, quod
 plerisque patrocinator, tamquam minus obnoxium sit offendere
 poetarum quam oratorum studium. effervescit enim vis pul-
 cherrimae naturae tuae, nec pro amico aliquo, sed, quod pericu-
 30 losius est, pro Catone offendis. nec excusatur offensa necessi-
 tudine officii aut fide advocacionis aut fortuitae et subitae
 dictionis impetu: meditatus videris [aut] elegisse personam no-
 tabilem et cum auctoritate dicturam. sentio quid responderi
 possit: hinc ingentes adsensus, haec in ipsis auditoriis praecipue
 35 laudari et mox omnium sermonibus ferri. tolle igitur quietis

— ω. 18 anteponenda — Ritter. *altiorum — Andresen, Wf. alienarum — Ribbeck leviorum — Baehrens liberalium — coni. Halm aliarum — del. Steuding (L. Traube). studiis artium — D fortasse recte. Vide adn. c. 12, s. 19 mihi tecum — E tecum minime — D. *te ante ferat ins. Acidalius, Bs. ante tua — Halm, Np. arcem — EV artem — ω. 20* mox — addidi adepturus — Acidalius, edd. declivioribus — Ribbeck inferioribus — Cornelissen. 23 illos — CEV istos — ABD Ms. Np. 24 vibratione — coni. Baehrens iactu — del. Andresen. 25* [ad causas et ad] — inclusi. et ad causas — del. Knaut, (Mühly) Bs. verba — D. 26 quod consurgere — DA. 27 plerisque [poetis] — ins. Andresen. offendere — ω Np. Pt. Wf. offensae — Acidalius, rell. edd. offensis — Pilhoeus. 28 ius — C. effervescit . . . offendis — B effervescet . . . offendes ω. 31 ac fide — Baehrens ac subitae — B. 32* aut — (ω) om. Put. Np. And. tibi — Halm olim. ultro — Schopen, Ms. hanc Haase, Pt. etiam — Halm, (Schoentag) atque — Baehrens, Wf. et — Iohn ante — E. Thomas [formasse] aut — ins. Ioh. Müller v. el. pers. et not. — Heller. 33 sentio . . . 35 ferri — del. Bernhardt. 34* hinc — Put. hic — ω ex his — (ω) del. Gesner existere — Muretus, edd. excire F. A. Wolf excitari — Schele h. i.

et securitatis excusationem, cum tibi sumas adversarium superiorem. nobis satis sit privatas causas et nostri saeculi controversias tueri in quibus, [expressis] si quando necesse sit pro periclitante amico potentiorum aures offendere, et probata sit fides et libertas excusata.’

40

Answer of
Maternus.
‘Defence of
Poetry.’

11. Quae cum dixisset Aper acrius, ut solebat, et intento ore, remissus et subridens Maternus ‘parantem’ inquit ‘me’ non minus diu accusare oratores quam Aper laudaverat (fore enim arbitrabar ut a laudatione eorum digressus detrectaret poetas atque carminum studium prosterneret) arte quadam mitigavit, concedendo iis qui causas agere non possent ut versus facerent. ego autem, sicut in causis agendis efficere aliquid et eniti fortasse possum, ita recitatione tragoediarum et ingredi famam auspicatus sum, cum quidem in Neronem improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinius potentiam fregi, et hodie si quid in nobis notitiae ac nominis est, magis arbitror carminum quam orationum gloria partum. ac iam me deiungere a forensi labore constitui, nec comitatus istos et egressus aut frequentiam

5

10

clamores, ex his ad. — Ritter elici ing. ex his Baehrens. possit; hic: ‘ex his . . .’, hic ‘. . .’ — E. Thomas hinc ing. concursus, ex his assensus — Heller. [et] in — add. Andresen. auditoriis [poetam] — ins. Ritter. omnium mox — E *Post ferri statuit lacunam F. A. Wolf quam supplevit Vahlen: ferri [sed respondeo eo gravius recitantibus periculum afferri] Andresen: [sed eo facilius ad aures principis permanabunt]. 37 causas — add. edit. Bipont. (Knaut). 38* expressis — ABD om. E, dell. Heumann, Hm. expressit — C et expressit pro — V expressit si quando necessitas — Lipsius, Np. expresse — Mähly exponendis — Wagener experiendis — Philipp ex re ipsa — Baehrens exercendis — Inge. 30 potentium — con. Baehrens.

11. 2 parantem, inquit, me — Walther parant quid enim me — ABD parant enim quid me — CEV desperant. n. quid me — Δ parantem me inquit — Bekker, Hm. 3 laudavit — Acidalius. 4 detractare — D detractaret — Lipsius. 9* Nerone — AB Bs. Nerone — CDEV Pt., imperante Nerone — Haupt (L. Müller). Ms. Np. Ml. And. in Neroniis — Osann sub Nerone — Novdk. enormem et — E. Wolff cum quidem s. N. . . . fregi post possum collocavit Heller, corruptelam indicavit Halm. improbatam — Pichena importunam — con. Halm. 10 Vatinius — Gronovius vaticinii — ω Haackh et — add. Lipsius. *in — dell. Acidalius, Ms. Pt. Hm. Bs. Ml. 11 nominis — b Put. numinis — ω. 12 patrum — D. diiungere

salutantium concupisco, non magis quam aera et imagines quae
 15 etiam me nolente in domum meam intruperunt. nam statum
 cuiusque *ac* securitatem melius innocentia *tuetur* quam elo-
 quentia, nec vereor ne mihi umquam verba in senatu nisi pro
 alterius discrimine facienda sint.

12. Nemora vero et luci et secretum ipsum, quod Aper incre-
 pabat, tantam mihi adferunt voluptatem, ut inter praecipuos
 carminum fructus numerem, quod non in strepitu nec sedente
 ante ostium litigatore nec inter sordes ac lacrimas reorum com-
 5 ponuntur sed secedit animus in loca pura atque innocentia
 fruiturque sedibus sacris. haec eloquentiae primordia, haec
 penetralia; hoc primum habitu cultuque, commoda mortalibus
 in illa casta et nullis contacta vitiiis pectora influxit: sic oracula
 loquebantur. nam lucrosae huius et sanguinantis eloquentiae
 10 usus recens et ex malis moribus natus atque, ut tu dicebas, Aper,
 in locum teli repertus. ceterum felix illud, et ut more nostro
 loquar, aureum saeculum, et oratorum et criminum inops, poetis
 et vatibus abundabat qui bene facta canerent non qui male ad-
 missa defenderent. nec ullis aut gloria maior *erat* aut augustior
 15 honor, primum apud deos quorum proferre responsa et interesse

—*Wölfflin*, *Bs.* 14 salutantium — *Schele* salutationum — *ω Ms.* 15 irrumpunt
 — *BE.* 16* cuiusque *ac* (*ad* — *ω*) — *Pichena*, *Ms.* hucusque — *Lipsius*, *edd.* hunc
 iusque — *Haase* quoque cuius Aper monuit — *Weinkauff* capitis — *Baehrens.*
 * *tuetur* — *Pichena* *tueor* — *ω edd.* 17 nisi — *om. C.*

12. 1 increpat — *B.* 3 strepitu [*urbis*] — *add. Schopen*, *Pt. Bs. Wf. And.*
 secedit
 4 ostium — *B* hostium — *ω.* 5 secedit — *BCDΔ* sedit — *A* sedit — *AEV* [quod]
 secedit — *add. Nordk.* 7 penetralia hoc — *om. C* hoc — *ABEV* haec — *ΔΔ.*
 * *commendata* — *Muretus*, *Np. Ilm. Ml.* *commodata* — *Lipsius.* 8 in — *b CDEV*
 et — *AB.* illa — *CDEV* ista — *AB Ms.* his — *Baehrens.* 9 lucesse — *D.* sangui-
 nantis — *D* sanguinantis — *V* saginantis — *ed. Iunt. 1527* sanguine manantis —
Schulting sanguine inhiantis — *Bezenberger.* * *et ex* — *CEVΔ* ex — *ABD edd.*
 † ore
 11 illud — *om. D.* 13 amissa — *CDΔ.* 14 ullus — *AB.* * *more* . . . *A* mor — *B*
 in ore
 more — *C* in ore — *D* more . . . *E post* more — *V m. 2 in margine exhibet* maior.
Idem Lipsius. illud clamore — *b, in marg. Put.* erat — *add. Ritter* [mortalibus]

epulis ferebantur, deinde apud illos dis genitos sacrosque reges, inter quos neminem *causidicum*, sed Orphea ac Linum *et*, si introspicere altius velis, ipsum Apollinem accepimus. vel si haec fabulosa nimis et composita videntur, illud certe mihi concedes, Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni 20 apud posteros, nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae aut Hyperidis includi. plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam quam qui Vergilii detrectent: nec ullus Asinii aut Messallae liber tam inlustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes. 25

13. Ac ne fortunam quidem vatum et illud felix contubernium comparare timuerim cum inquieta et anxia oratorum vita. licet illos certamina et pericula sua *vel ad* consulatus evererint, malo securum et quietum Vergilii secessum in quo tamen neque apud divum Augustum gratia caruit neque apud 5 populum Romanum notitia. testes Augusti epistulae, testis ipse populus qui auditis in theatro Vergilii versibus surrexit universus et forte praesentem spectantemque Vergilium veneratus est sic quasi Augustum. ne nostris quidem temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio vel dignitate vitae vel per- 10 petuitate famae cesserit. nam Crispus iste et Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac sua fortuna con-

maior—*coni. Michaelis* maior erat eo tempore—*Ribbeck* maior contingebant—*Mähly*. 15 interesse oraculis—*Haupt*. 16 illos—b CDEV istos—AB *Ms.* quorum . . . ferebantur *post* reges collocavit *Baehrens*. 17* *causidicum*—*Heumann* *causidicorum*—*ω Ms. Np.* si—*om. D.* *ac . . . et—*scripsi*. ac—ac—ABE et—ac—CDV *Hm. Bs. Wf.* 18 velis vel—D vel—EV. 19 vide[a]ntur—B videantur—D. illud—*ω* istud—AB *Ms.* concedes—*Acidalius* concedis—*ω Ms.* 20 haberi *post* honorem *vel* tribui *post* Demostheni *ins. Mähly*. 21 apud. p. constare—*Baehrens*. 23 qui te—D quam per—C. 25 aut Varii *om. C.*

13. 1 illud—*ω* istud—AB *Ms.* 3 istos—AB illos—*ω*. *vel—*addidi*. ad—*corr. Lipsius* et—*ω* et ad sacerdotia (*vel* praeturas) et consulatus—*Fahlen* ad opes et consulatus—*Ritter* et cent'—A coetus—B conventus—D. 8 Virgilium—*del. Ernesti*. spectans—*Baehrens*. 14 aliquid—CD aliqui—*ω*

cupiscendum? quod timent an quod timentur? quod, cum
cotidie aliquid rogentur, ii quibus *non* praestant indignantur?
15 quod adligati omni adulatione nec imperantibus umquam satis
servi videntur nec nobis satis liberi? quae haec summa eorum
potentia est? tantum posse liberti solent. me vero dulces, ut
Vergilius ait, Musae, remotum a sollicitudinibus et curis et
necessitate cotidie aliquid contra animum faciendi, in illa sacra
20 illosque fontes ferant; nec insanum ultra et lubricum forum
famamque pallentem trepidus experiar. non me fremitus salu-
tantium nec anhelans libertus excitet, nec incertus futuri testa-
mentum pro pignore scribam, nec plus habeam quam quod pos-
sim cui velim relinquere, quandoque [enim] fatalis et meus
25 dies veniet, statuar[que] tumulto non maestus et atrox sed
hilaris et coronatus et pro memoria mei nec consulat quisquam
nec roget.'

Interruption
of the Dis-
cussion by
the Entrance
of Messalla.

14. Vixdum finierat Maternus, concitatus et velut instin-
ctus, cum *Vipstanus* Messalla cubiculum eius ingressus est,
suspiscatusque ex ipsa intentione singulorum altiore inter eos

*[non] praestant — *add. Lipsius* vel ii (hi — EV in D) — *ins. Andresen, Pt. Bs. Ml.* quibus praestant perinde quibus non praestant — *coni. Michaelis* praestare negant — *Mähly*. 15* omni — *Walther, Ms. Wf.* cū ABE cum CDV Caesarum — *Schulze* civium — *Hand* communi — *Schneider (Greef, Iohn)* humili — *Schulzing, Pt. Ml.* canum — *Haase* canina — *Halm* sunna — *Meiser* adligata cum — *Bachrens* cum — *del. Andresen*. 19 illa . . . illos — ω ista . . . istos — AB *Ms.* *sacra [loca] — *add. Helmreich* secreta — *E. Wolff*. 20 illosque [ad] *ins. Ritter, Hm. Ml. Wf. And.* ad illa — illosque — *Bachrens* illasque frondes — *Haupt, Ms. Np.* montes — *Mähly*. 21 pallentem — b *Put. Np. Pt. Hm. Wf. And.* palantem — BDEV *Ms.* pallantem — AC fallantem — *Schurzfleisch* fallacem — *Boetticher, Bs. probante Michaelis* labantem — *Mähly* palmamque fallentem — *Ioh. Müller*. 24* relinquere, quandoque f. et . . . veniet, statuar — *emendari* rel.: q. enim . . . veniat, statuar — *Hess*. rel.: q. enim . . . statuarque — *Vahlen* rel. (q. enim . . . veniet) statuarque — *Halm, Pt. And.* enim atque et — *dell. Nipperdey, Wf.* quandocumque mihi — *Doederlein* quandoque olim — *Steiner, Ms. at cf. Lex. Tac. s. v. olim.* veniet — b *Put.* veniat — ω *Np. Wf.* venerit — *Ernesti* quandoque cient fata. licet meus dies veniat — *Bachrens*.

14. 1 stinctus — C. 2 cum — EV tum — ω. *Vipstanus* — *Rupertus Vibanius* — ADEVΔ *Libanius* — B *Uthanius* — C *Urbanus* — b *Put.* *Vipsanius* — *Lipsius*.

esse sermonem, 'num parum tempestivus' inquit 'interveni
secretum consilium aut causae alicuius meditationem tractan- 5
tibus?'

'Minime, minime' inquit Secundus, 'atque adeo vellem
maturius intervenisses; delectasset enim te et Apri nostri
accuratissimus sermo, cum Maternum ut omne ingenium
ac studium suum ad causas agendas converteret exhortatus 10
est, et Materni pro carminibus suis laeta, utque poetas
defendi decebat, ardentior et poetarum quam oratorum simi-
lior oratio.'

'Me vero' inquit '[et] sermo *ille* infinita voluptate adfecisset,
atque id ipsum delectat, quod vos, viri optimi et temporum 15
nostrorum oratores, non forensibus tantum negotiis et declama-
torio studio ingenia vestra exercetis, sed eius modi etiam dispu-
tationes adsumitis quae et ingenium alunt et eruditionis ac
litterarum iucundissimum oblectamentum cum vobis qui ista
disputatis adferunt, tum etiam iis ad quorum aures pervenerint. 20
itaque hercule non minus probari video in te, Secunde, quod
Iuli *Africani* vitam componendo spem hominibus fecisti plurimum
eius modi librorum, quam in *Apro*, quod nondum ab scholasti-
cis controversiis recessit et otium suum mavult novorum rheto-
rum more quam veterum oratorum consumere.'

25

[eius] *del. Ernesti.* est — *del. Acidalius, Bs.* 5 aut — *Halm et — ω.* 7 minime — *semel ACEV.* 10 exhortatus — *b Put.* et hortatus — *ω.* 11 utque — *BCEV utriq; A ut'que — D.* 12 defendi — *om. D.* deŕebat — *C docebat — EV poetas defendi [poetas] — A.* *ardentior — *Knaut, Bs.* audentior — *ω.* sillior — *A.* 14 vero — *B vere — ACDEV.* et — *del. Halm.* *ille — *scripsi ipse — ω iste — Halm, Np. Pt. Ml. Wf. And.* iste [et oratio] *add. Andresen, Wf.* 15 viri et . . . oratores optimi — *Acidalius [optimi] temporum — add. Muretus, Bs.* 16 oratores [summi] — *add. Halm olim, Ms. Pt.* et sumitis — *D.* 18 eruditionis — *B eruditiones — ω eruditionem — Rhenanus.* 19 cum — *om. C ē — D (an ē?).* illa — *b ω ista — AB Ms. Hm.* iam — *D (ortae sunt lectiones ex ī).* 21 hercule — *ω hercle — AB.* 22 *Africani — Nipperdey Asiatici — ω.* plurimum — *CDA.* 23* [improbari] quod — *ins. Andresen, Bs. [damnari] quod — add. Halm.*

15. Tum Aper: 'non desinis, Messalla, vetera tantum et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia inridere atque contemnere. nam hunc tuum sermonem saepe excepi, cum oblitus et tuae et fratris tui eloquentiae neminem hoc 5 tempore oratorem esse contenderes [antiquis] eoque, credo, audacius, quod malignitatis opinionem non verebaris, cum eam gloriam quam tibi alii concedunt ipse tibi denegares.'

'Neque illius' inquit 'sermonis mei paenitentiam ago, neque aut Secundum aut Maternum aut te ipsum, Aper, quamquam 10 interdum in contrarium disputes, aliter sentire credo. ac velim impetratum ab aliquo vestrum, ut causas huius infinitae differentiae scrutetur ac reddat, quas mecum ipse plerumque conquiro. et quod quibusdam solacio est, mihi auget quaestionem, quia video etiam Graecis accidisse ut longius absit ab Aeschine 15 et Demosthene Sacerdos iste *Nicetes* et si quis alius Ephesum vel Mytilenas concentu scholasticorum et clamoribus quatit quam Afer aut Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis.'

15. 1 non — BE num — ω numquam — *Baehrens*. 5* antiquis — *dell. Acidalius, Np. Bs. Wf.* [prae] a. — *coni. Halm, Ms.* [parem] a. — *ins. Lipsius, Hm.* atque id eo — *coni. idem, Wf. And.* si conferretur aut. — *Ioh. Müller* ex antiquis — *E. Thomas.* eo[que] — *addidi.* 6 malignitatis — *Rhenanus* malig's (*fin. vers.*) ys — A malignis iis — B maligni in iis — C maligne I hiis — D maligni in his — EV maligni in opinionem — Δ malignius — b quo malignius — *Put.* maligni iudiciis — *Acidalius* maligni suspicionem — *Thomas* maligni ullius — *E. Thomas.* 7 ipse — B ipsi — ω ipsis tu — *Baehrens.* 8 neque neque — D. 9 M. nostrum — D. 10 in — *om. B.* quam interdum — D. 11 quod
‡ in in
differentiae D. 12 conquiro — *DEV Bs. Wf. And.* conquiro — A conquiro — BC anquiro — *Ribbeck.* 13 solutio — *Acidalius.* 14* Graecis — *Dronke, Ms. Np. Pt. Nk.* gratis — ABCEV gratius — D. Graeis — *Put. Hm. Bs. Wf. And.* absit — ABEV Δ abiisset — CD abeset — *Wesenberg.* ab — *ed. Francof. 1542 in marg. (Wesenberg).* ut [vel] *add. Wagener.* sol. est idem etiam G. accidisse, mihi a. q. quia haud longe abiit — *Baehrens.* 15 sacerdos — *Orelli.* *Nicetes* — *Lipsius* enitet — $\omega.$ iste — ω ille — *Halm.* 16 concentu — *Orelli* contentus — ABE contentus — CDV Δ continuis . . . [et] cl. — *Freinsheim* contentionibus — *A. F. Nissen, Bs.* 17* nos . . . recessimus — *Andresen, Bs. Pt.* aut ab — CDV Δ Bs.

16. 'Magnam' inquit Secundus 'et dignam tractatu quaestionem movisti. sed quis eam iustius explicabit quam tu, ad cuius summam eruditionem et praestantissimum ingenium cura quoque et meditatio accessit?'

Et Messalla 'aperiam' inquit 'cogitationes meas, si illud a vobis ante impetravero, ut vos quoque sermonem hunc nostrum adiuvetis.'

'Pro duobus' inquit Maternus 'promitto: nam et ego et Secundus exsequemur eas partes quas intellexerimus te non tam omisisse quam nobis reliquisse. Aprum enim solere dissentire et tu paulo ante dixisti et ipse satis manifestus est iam dudum in contrarium accingi nec aequo animo perferre hanc nostram pro antiquorum laude concordiam.'

'Non enim' inquit Aper 'inauditum et indefensum saeculum nostrum patiar hac vestra conspiratione damnari: sed hoc primum interrogabo, quos vocetis antiquos, quam oratorum aetatem significatione ista determinetis. ego enim cum audio antiquos, quosdam veteres et olim natos intellego, et mihi versantur ante oculos Ulixes ac Nestor quorum aetas mille fere et trecentis annis saeculum nostrum antecedit: vos autem Demosthenem et Hyperidem profertis quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse, ita tamen ut huic utrique superstites essent. ex quo apparet non multo plures quam trecentos annos interesse inter nostram et Demosthenis aetatem. quod spatium temporis si ad infirmitatem corporum nostrorum referas, fortasse longum videatur; si ad naturam saeculorum ac respe-

Aper's Second Speech.
(a) Meaning of 'antiquus.'

16. 2 movisti—*Lipsius* movistis— ω explicavit—EV. 5 cognitiones—EV. si—om. ACDV (measillud) *supra* v. E. istud—AB *Ms.* 11 ipsum . . . manifestu—B. 15 ac—B. 17 ista—om. D. 18 et—*scripsi* ac— ω . 19 ac— \dagger Mn
AB et— ω Nestor—A Menestor—C Mnestor—V. 20 antededit—D caedit—C. 21 Hypericlē—B. proferatis—B. 22* huic—*ins. Vahlen, Bs.* [ita—*essent*]—*del. Polle.* 23* trecentos— ω *Ms. Wf.* quadringentos—*Lipsius, rell. edd.* 25 inferas—D. 26 videtur—C. sed ad—*Bachrens.* 29 siderum—

ctum inmensi huius aevi, perquam breve et in proximo est. nam si, ut Cicero in Hortensio scribit, is est magnus et verus annus quo eadem positio caeli siderumque, quae cum maxime est,
 30 rursus existet, isque annus horum quos nos vocamus annorum duodecim milia nongentos quinquaginta quattuor complectitur, incipit Demosthenes vester, quem vos veterem et antiquum fingitis, non solum eodem anno quo nos sed *etiam* eodem mense extitisse.

17. Sed transeo ad Latinos oratores in quibus non Mene-
 nium, ut puto, Agrippam, qui potest videri antiquus, nostrorum
 temporum disertis antepone re voletis, sed Ciceronem et Cae-
 sarem et Caelium et Calvum et Brutum et Asinium et Mes-
 5 sallam: quos quid antiquis potius temporibus adscribatis quam nostris, non video. nam ut de Cicerone ipso loquar, Hirtio
 nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scripsit, se-
 ptimo idus *Decembres* occisus est, quo anno Divus Augustus in
 locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium consules suffecit.
 10 statue *sex* et quinquaginta annos quibus mox Divus Augustus
 rem publicam rexit; adice Tiberii tres et viginti, et prope qua-
 driennium Gai, ac bis quaternos denos Claudii et Neronis annos,

Usener numerum saeculorum — *Baehrens** respectum — ω *Hm. Bs. Wf. And.* respectu — *Spengel, Ms. Np. Pt. Ml.* 27 totius aevi — *coni. Michaelis.* 28 animus — D. 30 rursus — *Wölfflin* rursum — ω . existit — *malim.* 31 XIIIDCCCC-LIII — *Nic. Loensis.* XII^mVCC^{to}LIII — A. XII^mVIII^cLIII — B. XII^dC-CC^{to}LIII^{or} — C. XII^dCCCLIII^{or} — D duodecim milia octingentos quinquaginta quattuor — EV. 32* princeps ille D. extitit — *Cornelissen* convincitur — *Baehrens* sequitur — *Novák.* vester — BCEVΔ videtur — AD [vester] incl. *Halm.* Post fingitis — B *add.* videturque. 33 etiam — *emend. Michaelis.* fama — AB (*corr. fere*) CD et fama sed — EV sed fere — *Put. ferme* — *Bekker* sed iam — *Baehrens.* modo — C. die — *Pithoeus.*

17. 1 sed — *del. Beck ap. Baehrens.* Menenium — b E *in marg.* me nimum — ω . 3* voletis — *Kleiber, Wf.* soletis — ω . 4 Coelium — B Calium — E alium — ω . 5 quid [ita] — *add. Baehrens.* potius t. — B *Wf. Ml. And. t.* potius — ω . adscribitis — CD. ipse — CΔΔ. 7 scribit — *Andresen, Hm.* 8 Decembres — *add. Lipsius.* lacunam indicant b CΔΔ. divus — *om. C.* 10 *sex* — *corr. Lipsius* novem — ω septem — *Steiner.* 12 Gay — V Cai — ACD Cai — BE. 13 illum

atque illum Galbae et Othonis et Vitellii longum et unum annum, ac sextam iam felicitis huius principatus stationem quo Vespasianus rem publicam fovet. {centum et viginti anni ab 15 interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, unius hominis aetas. } nam ipse ego in Britannia vidi senem, qui se fateretur ei pugnae interfuisse qua Caesarem inferentem arma Britanniae arcere litoribus et pellere adgressi sunt. ita si eum, qui armatus C. Caesari restitit, vel captivitas vel voluntas vel fatum ali- 20 quod in urbem pertraxisset, aequè idem et Caesarem ipsum et Ciceronem audire potuit et nostris quoque actionibus interesse. proximo quidem congiario ipsi vidistis plerosque senes qui se a Divo quoque Augusto semel atque iterum accepisse congiarium narrabant. ex quo colligi potest et Corvinum ab illis et Asi- 25 nium audiri potuisse; [nam Corvinus in medium usque Augusti principatum, Asinius paene ad extremum duravit,] ne dividatis saeculum et antiquos ac veteres vocitetis oratores quos eorundem hominum aures adgnosceret ac velut coniungere et copulare 30 potuerunt.

30

EV ipsum CDA istum — AB *Ms.* unum et longum — *Baehrens* longum et durum — *Cornelissen*. 14* sex iam, tam — *Schele* sex iam — *Spengel* VIII tam — *Sauppe* secutam iam — *Schulling* septimam — *Urtichs* sexennem iam — *Meiser* VII iam — *coni.* *Michaelis* sextam iam . . . [principatus] stationis — *scripsit Baehrens*. sextam iam — *delendum censuit Andresen* (*ad Nipp. Ann.*⁹ p. 7). quo — *Steiner*, (*Weissenborn*) *Hm. Wf.* qua — ω . 15 centum et viginti — CD centum et decem — ω . 16 id est unius — *Schopen*, fortasse recte. 17* fatebatur — CEVA *Bs.* 18 ei — EV et — ω . *Britanni — *Ernesti*, *Hm. Wf. And.* Britannis — *ed. Bipont. Np. Ml.* Britanni et — *Baehrens*. 20 essent — *coni. Vahlen ap. Binde p. 12.* itaque — *Baehrens*. 21* aequè idem — *Nissen* (*Spengel*) *Ms. Np. Pt. Hm. Ml. Wf. And.* et quidem — ω idem — *Rhenanus* ecce idem — *Steuding.* et C. quidem — *Meiser, Bs.* is quidem — *Vahlen ap. Binde p. 32.* et — *om. B.* ecquid idem — *Iohn.* 24 quoque — *del. Andresen.* 26* [nam — duravit] *inclusi.* Asinius . . Corvinus — *transp. Borghesi, edd.* extremum pro medium — *coni. Nipperdey, Nk.* 27 [itaque] ne — *add. Deiter* ne igitur — *Boettlicher.* 28 ac recentes — *Eckstein, Ms. Np. Pt.* vocitetis — CDA *Bs. Hm. Ml.* vocetis — ABEV.

(b.) Criticism
of the Repub-
lican orators.

18. Haec ideo praedixi, ut si qua ex horum oratorum fama gloriaque laus temporibus acquiritur, eam docerem in medio sitam et propiorem nobis quam Servio Galbae aut C. Carboni quosque alios merito antiquos vocaverimus; sunt enim horridi et impoliti et rudes et informes et quos utinam nulla parte miratus esset Calvus vester aut Caelius aut ipse Cicero. agere enim fortius iam et audentius volo, si illud ante praedixero, mutari cum temporibus formas quoque et genera dicendi. sic Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior et uberior, sic Graccho politior et ornatior Crassus, sic utroque distinctior et urbanior et altior Cicero, Cicerone mitior Corvinus et dulcior et in verbis magis elaboratus. nec quaero quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum, non esse unum eloquentiae vultum, sed in illis quoque, quos vocatis antiquos, plures species deprehendi nec statim deterius esse quod diversum est. vitio autem malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio esse. num dubitamus inventos qui Porcio Catone Appium Caecum magis mirarentur? satis constat ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse quibus inflatus et tumens nec satis pressus, sed super modum exsultans et superfluens et parum Atticus videretur. legistis utique et Calvi et Bruti ad Ciceronem missas epistulas, ex quibus facile est deprehendere Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem et

18. 1 nec ideo—D. 2 eam—*corr. Halm* eandem— ω . 3 Sergio—B. *aut C. [Laelio aut C.] Carboni—*ins. Ritter, edd. plerique* Galbae, Caio(!) Laelio et Carboni—*Schulting*. 5 nulla—ADV in nulla— Δ in ulla—BE in illa—C ne in illa—*Muretus* nulla a parte—*H. Schütz* non ulla parte—*Baehrens*. 6* miratus—*emendavi* imitatus— ω per te immitatus—D. Calvius—A. 7 illud— ω istud—AB Ms. 11 nitidior—*conl. Michaelis*. 14 in—*om. ω add. supra vers.* B in iis—*Baehrens*. 17* Porcio Catone—*ed. Bipont. (Helmreich)* pro— ω Wf. *del. Novák* prae—*Groslotius, Ms. Pt. Hm. Ml.* 18 magis—*del. Schurzfleisch, And.* probato iam Catone—*Baehrens*. 21* Atticus—*emend. Lipsius (Ursinus)* antiquus— ω . Cf. eundem errorem in *Varronis L. L. VI. 80, 1* ubi atticum pro antiquum (*Victorius*) legitur in libris. videtur—CD Δ .

aridum, Brutum autem otiosum atque diiunctum; rursusque Ciceronem a Calvo quidem male audisse tamquam solutum et 25 enervem, a Bruto autem, ut ipsius verbis utar, tamquam fractum atque elumbem. si me interrogas, omnes [mihi] videntur verum dixisse: sed mox ad singulos veniam, nunc mihi cum universis negotium est.

19. Nam quatenus antiquorum admiratores hunc velut terminum antiquitatis constituere solent, qui usque ad Cassium Severum . . . † quem reum faciunt, quem primum adfirmant flexisse ab ista vetere [atque directa] dicendi via, non infirmitate ingenii nec inscitia litterarum transtulisse se ad aliud di- 5 cendi genus contendo, sed iudicio et intellectu. vidit namque, ut paulo ante dicebam, cum condicione temporum et diversitate aurium formam quoque ac speciem orationis esse mutandam. facile perferebat prior ille populus, ut imperitus et rudis, impedimentissimarum orationum spatia atque id ipsum laudabat, si 10

24* aridum—Schulding attritum— ω Np. ocisum—D concisum—Schele. diiunctum—B divinctum—D disiunctum— Δ discinctum—Rutgersius. 25 "quidem a Calvo"—B. quidem autem—AB sed b quidem delevit. 27 et el.—E. interrogas—CD (cf. Sen. Ep. 100,4) interroges— ω edd. mihi—malim mihi abesse omnes mihi— ω mihi omnes—V (i. e. omnes). 28 venias—A.

19. 1 unum velut—coni. Ioh. Müller. 2* qui usque— ω ^{an} [qui]—B quem—Put. Severum—Put. quem reum— ω . Cassium [Severum eloquentiam aequali et uno tenore processisse statuunt Cassium] quem—coni. Vahlen probante Halmio [ut] usque ad [Cassium S. permansisse statuunt eundem admirabilis eloquentiae tenorem equidem] Cassium quem—Iohn ad [extremum Tiberii principatum duravit] C. S. quem reum [novitatis] faciunt—Novdk quod eam usque ad C. S. pertinere faciunt—Haase. qui usque ad et faciunt—dell. Michaelis, Pt. Wf. And. q. u. ad. et quem—del. Baehrens eam usque ad C. S. faciunt quem—Ioh. Müller. 4 ista—AB illa—CEV I—D. *[atque directa]—inclusi. directa dicendi— ω dicendi directa—B dicendi via directa—P edd. vett.

directa
Wopkens (orta est v. l. ex dicendi via) dicendi recta via—Roth directa—Baehrens. 5 inscientia—Baehrens. *aliud—Andresen, Np. Hm. Bs. Wf. illud— ω . 7 cum et temporum—om. D. 8 ac— ω et—B. 9 iste— ω ille—CD. impedimentissimarum—P (Muretus) imperitiss.— ω . 10 laudi dabatur—CEVA.

dicendo quis diem eximeret. iam vero longa principiorum praeparatio et narrationum alte repetita series et multarum divisionum ostentatio et mille argumentorum gradus et quidquid aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori libris praecipitur in 15 honore erat ; <quod si quis odoratus philosophiam videretur et ex ea locum aliquem orationi suae insereret, in caelum laudibus ferebatur.> nec mirum ; erant enim haec nova et incognita et ipsorum quoque oratorum paucissimi praecepta rhetorum aut philosophorum placita cognoverant. at hercule pervulgatis iam 20 omnibus, cum vix in cortina quisquam adsistat, quin elementis studiorum, etsi non instructus, at certe imbutus sit, novis et exquisitis eloquentiae itineribus opus est per quae orator fastidium aurium effugiat, utique apud eos iudices qui vi et potestate, non iure et legibus cognoscunt, nec accipiunt tempora 25 sed constituunt, nec expectandum habent oratorem, dum illi libeat de ipso negotio dicere sed saepe ultro admonent atque alio transredientem revocant et festinare se testantur.

20. Quis nunc feret oratorem de infirmitate valetudinis suae praefantem? qualia sunt omnia fere principia Corvini. quis quinque in Verrem libros expectabit? quis de exceptione et formula perpetietur ista immensa volumina quae pro M. Tullio

12 narrationum — Spengel narrationis — ω. repetitae — Ritter multorum — DA multa — Spengel. 14 aliud — om. D. Hermagore areidissis — D. et — om. C. percipitur — D. 15 erant — B odoratus — BEV adoratus — ω adortus — Baeh-

rens. videretur — B videtur — E videtur — ACDV. et — B atque — ω. 16 orationis — D. inserere — B. 17 ferebatur — BCD ferebantur — AEV. erant — B erat — ω erat [si] — D. 19 his iam — Baehrens. 20* cortina — ω Hn. Np. Ml. And. corona — Ursinus (Muretus) contione — Helmreich. vix ante quisquam coll. Baehrens. quin — Muretus qui — ω. 21 si non — Acidalius. et

itl certe — C. 22 [ge] neribus — B. 23 vi — om. A. sup. vers. add. B. 24 et — CDEV Bs. aut — AB. 25 expectandum — CEV expectando — D expectantem AB. habet — D.

20. 2* omnia — addidi. 3 de — E supra v. B om. ω. expectabit — ABDE expectavit — C expectavit — V. quibus — D. 4 perpetretur — D. ista — AB

aut Aulo Caecina legimus? praecurrit hoc tempore iudex di- 5
centem et nisi aut cursu argumentorum aut colore sententiarum
aut nitore et cultu descriptionum [in]vitiatus et corruptus est,
aversatur [dicentem]. vulgus quoque adsistentium et adfluens
et vagus auditor adsuevit iam exigere laetitiam et pulchritu-
dinem orationis; nec magis perfert in iudiciis tristem et in- 10
pexam antiquitatem, quam si quis in scaena Q. Roscii aut
Turpionis Ambivii exprimere gestus velit. iam vero iuvenes
et in ipsa studiorum incude positi qui profectus sui causa
oratores sectantur non solum audire, sed etiam referre domum
aliquid inlustre et dignum memoria volunt; traduntque in 15
vicem ac saepe in colonias ac provincias suas scribunt, sive *sen-
sus* aliquis arguta et brevi sententia effulsit, sive locus exquisito
et poetico cultu enituit. exigitur enim iam ab oratore etiam
poeticus decor, non Accii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed
ex Horatii et Vergilii et Lucani sacrario prolatus. horum igitur 20
auribus et iudiciis obtemperans nostrorum oratorum aetas pul-
chrior et ornatior extitit. neque ideo minus efficaces sunt
orationes nostrae, quia ad aures iudicantium cum voluptate
perveniunt. quid enim, si infirmiora horum temporum templa
credas, quia non rudi caemento et informibus tegulis extruun- 25
tur, sed marmore nitent et auro radiantur?

Ms. illa — ω. 5 aut — ω et — B. dicentem — A b. 7* vitiatus — *emendavi*
vel atque *pro* et. 8 adversatur — CDE. dicentem — *dell. Schele, edd. praeter*

Michaelen. 9 "et vagus et" affluens — B. 11 scena — E ^{sc} cena — A scenam —
BCD caena — V coena — *Put.* *[Q.] Roscii — *ins. Boetticher, Ms. Bs.* aut
ante Ambivii — *dell. Lipsius, edd.* [aut Ambivii] — *del. Ritter* aut Roscii —
Oberlin. 13 et — *incl. Novdk.* 14 nec — AB. audire — AB adire — EV adire
CD. 15 voluit — C. 16 et prov. — BC. 16 suis — *coni. Halm.* sensus — *Mu-
retus* in suis — ω. 17 insignis effulsit locus sive exquisito — *Spengel* in subitis
(*Markland*) color aliquis — *Baehrens.* effulsit — BD *sed b corr.* 18 exigitur —

^e
Lipsius exigitur — CA exercitur — AV exercetur — BDE exseritur — *Orelli.*
enim — om. DA. 19 sermo — *Baehrens* Pacubii — B. inclinatus — Δ. 22 exfi-
caces — A. 24 enim an — *Oberlin, Np.* nisi — *Osann* num — *Baehrens.* 25 lignis
extr. — *Cornelissen.* 26 radiant — *Lat. Latinus.*

21. Equidem fatebor vobis simpliciter me in quibusdam antiquorum vix risum, in quibusdam autem vix somnum tenere. nec unum de populo . . . † Canuti aut Atti de Furnio et Toranio quosque alios in eodem valetudinario ob haec ossa et
 5 hanc maciem probant: ipse mihi Calvus, cum unum et viginti, ut puto, libros reliquerit, vix in una aut altera oratiuncula satis facit. nec dissentire ceteros ab hoc meo iudicio video: quotus enim quisque Calvi in Asitium aut in Drusum legit? at hercule in omnium studiosorum manibus versantur accusationes
 10 quae in Vatinium inscribuntur ac praecipue secunda ex his oratio; est enim verbis ornata et sententiis, auribus iudicum adcommodata, ut scias ipsum quoque Calvum intellexisse quid melius esset, nec voluntatem ei, quo minus sublimius et cultius diceret, sed ingenium ac vires defuisse. quid? ex Caelianis

21. 1 fatebor— ω fateor—*Peter*. 2 anticorum—D. sonum—D. 3* *Locus corruptissimus nec adhuc probabiliter emendatus*. dicam—*ins. Michaelis (Steuding)*, *Ml.* nominabo—*Nipperdey*, *Pt. Wf.* Atti memorabo nec dicam—*Haase And.* loquar uti—*Sillig* nec imo hi—*Ioh. Müller*. Canuti—*b Put.* Ganuti—ACEV sanuti—*B fanuti*—D. Atti—ABCD Acti—E Arti—V Aride Furnio—*b Put.* Furnio et Coranio (Toranio B)— ω furno et coranoque alios—V Canutium aut Arrium (vel Atticum) vel Furnios et Toranios—*Nipperdey praeeunte Gronovio*, *Ms. Wf.* nec unus de p. Canuti aut Arrii et Furnii—*Ruperti* p. non Canuti aut Arrii deformitatemque memorabo—*Ritter* nec nunc Canuti aut Atti de Furnio . . . quosque habitos—*F. Schoentag* proferam neque imitari iudicia volo Canuti aut Atti de Furnio—*Vahlen* p. Canuti aut Arrii similem dico, ne quid loquar de Furnio et Toranio—*Iohn* populo comiti aut Atticum de foro et corona nominabo quique alios—*Philipp* Canutios aut Attios, Furnios et Toranios quique alios . . . exprobant—*Heller*. 4 quosque alios—*Acidalius*, *Np. Hm.* *Ml.* alios— Δ que alios—EV quique alios—AB *Put.* quique alii—*Lipsius*, *Pt. Wf. And.* quique alti—*Muretus* aliosque qui—*Michaelis* quos in—*Baehrens*. esse ante haec vel post alios—*coni. Halm* [ob] haec—*ins. Vahlen* haec macies—*Gronovius*, *Np. Bs. Hm.* produnt—*Acidalius*, *Ms. And.* praebent—*Ritter* praeferrunt—*Wolff* locant—*Novák*. 6 aut—*Put. Bs. Wf.* et— ω . 8 ista—*post* Calvi *ins. Schulting*. accusationes e versu ϑ huc transposuit *Brotier*. [libros] legit—*add. Ritter*. ϑ hercule—CDEV hercle—AB. omnium—*Acidalius* hominum— ω . 10 inscribuntur—*Lipsius* scribuntur—C (-mscribuntur) conseribuntur— ω . iis—B. 11 [et] verbis—*add. Andresen* fortasse recte. 13 quo minus—*Halm*, *Ml. And.* quo— ω quin—*Put.* Coelianis—B Cella-

orationibus nempe eae placent, sive universae sive partes earum 15
 in quibus nitorem et altitudinem horum temporum adgnosci-
 mus. sordes autem illae verborum et hians compositio et
 inconditi sensus redolent antiquitatem; nec quemquam adeo
 antiquarium puto, ut Caelium ex ea parte laudet qua antiquus
 est. concedamus sane C. Caesari, ut propter magnitudinem 20
 cogitationum et occupationes rerum minus in eloquentia effe-
 rit, quam divinum eius ingenium postulabat, tam hercule quam
 Brutum philosophiae suae relinquamus; nam in orationibus
 minorem esse fama sua etiam admiratores eius fatentur: nisi
 forte quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro 25
 Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros
 legit, nisi qui et carmina eorundem miratur. fecerunt enim et
 carmina et in bibliothecas rettulerunt, non melius quam Cicero,
 sed felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt. Asinius quo-
 que, quamquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi 30
 inter Menenius et Appios studuisse. Pacuvium certe et Ac-
 tium non solum tragoediis sed etiam in orationibus suis ex-
 pressit; adeo durus et siccus est. oratio autem, sicut corpus
 hominis, ea demum pulchra est in qua non eminent venae nec
 ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet mem- 35
 bra et exurgit toris ipsosque nervos rubor tegit et decor com-

niis — D. 14 et vires — E. 15 nonne eae — Heumann. ea — V ex — D. sive
 universae sive partes earum — Pithoeus sive universa parte serum — ω si non
 universae at partes earum — Acidalius. 17* illae — CEVA reliquae — Sorof, for-
 tasse recte regule — ABD om. Put. Np. rubigoque — Ritter reiculae — Ribbeck et
 maculae — Meiser hercule — Ribbeck olim, And. rerum et — coni. Michaelis
 foetidae vel putidae — coni. Halm. 18 reddent — CA redent — D (i. e. d=ol).
 21 minus — om. C. eloquentiam — DA eloquentia iam — coni. Baehrens. 22 quae
 — C. pollebat — Mähly. hercule — CDEV hercle — AB. 24 minorem esse
 — om. D. sisi — C. nec fere — Gronovius si forte — Reizenberger num f. —
 Classen nec ferme — Baehrens nec enim — Nordk. 26 teporis — Lipsius tem-
 poris — ω torporis — Schele. qui del. Petersen. 27 mirantur — B Roth. 29 qui
 — AB corr. b. illos — ω istos — AB Ms. 30 temporibus — bis scripsit A. om P.

^{tt}
 31 Actium — C Appium — D. 32* solum [in] — add. Ritter, Hm. etiam [in]

mendat. nolo Corvinum insequi, quia nec per ipsum stetit, quo minus laetitiam nitoremque nostrorum temporum exprimeret, *videmus enim* quam iudicio eius vis aut animi aut ingenii suffe-
40 cerit.

(?) Of Cicero
in particular.

22. Ad Ciceronem venio cui eadem pugna cum aequalibus suis fuit quae mihi vobiscum est. illi enim antiquos mirabantur, ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat; nec ulla re magis eiusdem aetatis oratores praecurrit quam iudicio. pri-
5 mus enim excoluit orationem, primus et verbis delectum adhibuit et compositioni artem, locos quoque laetiores attentavit et quasdam sententias invenit, utique in iis orationibus, quas senior iam et iuxta finem vitae composuit, id est, postquam magis profecerat usuque et experimentis didicerat quod opti-
10 mum dicendi genus esset. nam priores eius orationes non carent vitiis antiquitatis: lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus; tarde commovetur, raro incalescit; pauci sensus apte . . . cum quodam lumine terminantur. nihil excerpere, nihil referre possis, et velut in rudi
15 aedificio, firmus sane paries *est* et duraturus, sed non satis expolitus et splendens. ego autem oratorem, sicut locupletem

addidi. 36 exuritoris — D. rubor — B rubore — ω. tingit — *Schulting.* decor (um) — D decore — *Lipsius.* 37 nec — AB non — ω (*i. e. fi.*). stetit — *om.* D.

39* videmus enim (*Baehrens*) quam — *Iohn, Wf.* viderimus inquam quam (iq — ABCDA in quantum — EV quam — b) — ω. et videmus, in quantum — *Acidalius, Ms. Pt. Hm. Bs. Ml. And.* viderimus an — *Muretus* stetitse videmus in quantum suffecit — *Freinsheim* uberrimus in quantum suffecit — *Heumann, Np.* vis — *om.* C. prius aut — *om.* E.

22. 4* eiusdem aetatis oratores — ω *Bs.* orat. aet. eiusd. — AB *edd.* (*i. e.* eiusdem aetatis

oratores). 5 ex verbis — B. dilectum — *Halm.* 6 locosque — B. lectiores — b Δ latiores — *Put. s. v. corr.* B vel b. 8* senior iam — ω *Haase, Bs.* iam senior — AB *edd.* 9 usu[que] — *incl. Knaut.* 10 esset — E est — ω. 13* apte et — *Acidalius* opt. et — A *Put.* opt. . . . et — B optet — CV opti et — D optet . . . E apte numeroseque — *Schurzfleisch* apte cadunt et — *Michaelis* apte et ut oportet — *Vahlen* apte cadunt et ut oportet cum — *conieci.* 14 est velut — *Baehrens.* 15 paries est et — *emendavi.* 16 splendidus — D. 17 laudatum

ac lautum patrem familiae, non eo tantum volo tecto tegi quod imbrem ac ventum arceat, sed etiam quod visum et oculos delectet; non ea solum instrui suppellectili quae necessarius usibus sufficiat, sed sit in apparatu eius et aurum et gemmae, 20 ut sumere in manus et aspicere saepius libeat. quaedam vero procul arceantur ut iam oblitterata et *obsoleta*: nullum sit verbum velut rubigine infectum, nulli sensus tarda et inertis structura in morem annalium componantur; fugitet foedam et insulsam scurrilitatem, variet compositionem nec omnes clausulas uno et eodem modo determinet.

23. Nolo inridere rotam Fortunae et ius verrinum et istud tertio quoque sensu in omnibus orationibus pro sententia positum esse videatur. nam et haec invitus rettuli et plura omisi, quae tamen sola mirantur atque exprimunt ii qui se antiquos oratores vocitant. neminem nominabo, genus 5 hominum significasse contentus: sed vobis utique versantur ante oculos isti qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Vergilio legunt, quibus eloquentia Aufidii Bassi aut Servilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet, qui rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt, oderunt, Calvi 10 mirantur. quos more prisco apud iudicem fabulantes non au-

— *ω* corr. Lipsius. tantum eo — AB 18 imbrem — *om.* D tectum — B sed corr. 10 suppellectili — CDA suppellectile — ABEV. 21 et — AB. ut — *ω* Bs. fortasse recte. libeat — R. Agricola liceat — *ω.* 22 arceantur — Lipsius, arcentur — *ω* arcentor — Baehrens. *obsoleta — emendavi, Wf. olentia — *ω* exoleta — Acidalius [antiquitatem] olentia — *add.* Andresen sjtum — *ins.* Th. Vogel sordentia — *coni.* Baehrens insolentia — Cornelissen. ut nullum — D. 23 vel — *ω* corr. Rhenanus. quod — B sed corr. vel sorde vel — *coni.* Ritter. 24 fugitet — ABEV fugiet — CD. 26 terminet — Lipsius, Bs.

23. 1 Vetrinum — AB. 2 istud — A Ms. illud — *ω.* 3 invitus — corr. B ex invitatus — *ω.* 4 imitantur — Knaut (Cornelissen). 5 vocitant — Schurzfleisch vocabant — *ω* vocant — Lipsius, *edd.* 7 illi — Habn. 8 Aufidi — E Aufidii — V (corr. ex tui vel cui fidi) tui fidi — ABC cui fidi — D. 10 oratorum nostrorum — Valmaggi. oderunt — *dell.* Heumann, Np. Pt. Hm. Ml. And. et oderunt — B Bs. Wf. L. Aeli — *coni.* Nipperdey Clodi et Aeli — Urlichs Valgi — Baehrens.

ditores sequuntur, non populus audit, vix denique litigator
 perpetitur: adeo maesti et inculti istam ipsam quam iactant
 sanitatem non firmitate, sed ieiunio consequuntur. porro ne in
 15 corpore quidem valetudinem medici probant quae animi anxie-
 tate contingit; parum est aegrum non esse: fortem et laetum
 et alacrem volo. prope abest ab infirmitate in quo sola sanitas
 laudatur. vos vero, *viri* disertissimi, ut potestis, ut facitis,
 inlustrate saeculum nostrum pulcherrimo genere dicendi. nam
 20 et te, Messalla, video laetissima quaeque antiquorum imitan-
 tem, et vos, Materne ac Secunde, ita gravitati sensuum nitorem
 et cultum verborum miscetis, ea electio inventionis, is ordo
 rerum, *ea*, quotiens causa poscit, ubertas, ea, quotiens per-
 mittit, brevitatis, is compositionis decor, ea sententiarum planitas
 25 est, sic exprimitis adfectus, sic libertatem temperatis, ut, etiam
 si nostra iudicia malignitas et invidia tardaverit, verum de
 vobis dicturi sint posterii nostri.

Comments of
 Maternus
 on Aper's
 Speech.

24. Quae cum Aper dixisset, 'adgnoscatne' inquit Mater-
 nus 'vim et ardorem Apri nostri? quo torrente, quo impetu
 saeculum nostrum defendit! quam copiose ac varie vexavit
 antiquos! quanto non solum ingenio ac spiritu sed etiam
 5 eruditione et arte ab ipsis mutuatus est per quae mox ipsos
 incesseret! tuum tamen, Messalla, promissum inmutasse non
 debet. neque enim defensorem antiquorum exigimus, nec quem-

12 adit — *Baehrens*. vix etiam — D. 13 istam — *AB Ms.* illam — *ω*. 14 non
 firmitate — *Acidalius* infirmitatem — *CDEV* infirmitatemque — *AB* non firmi-
 tate quadam — *Ritter* non *f.* neque sanguine sed — *E. Thomas*. ieiunio — D.
 consequuntur — C (-ter D) consequuntur — *Ribbeck*, *Bs.* 15 a nimia — *Groslo-*
tius, nimia — *Schulze*, *Hm. Bs.* cum — *coni. Michaelis*. 16 nonnisi — *Iohn*.
 17 proprie — CD proprie Δ. est ab — *EV*. solo — B. 18 viri — *add. Acidalius*.
 potestis ut facitis illustrare — *coni. Andresen*. 19 illustre — *EV*. 20 lectissima
 — *b Rhenanus*. 23 rerum et *ω corr. Wopkens*. postulat — D permittit — E
 permittitur — *ω*. 24 planitas — B plenitas — D sanitas — *Lipsius* gravitas —
Schutting claritas — *Cornelissen*. est — *om. P fortasse recte*.

24. 5 illis — *Halm*. 6 incescere tuum — *DΔ*. 8 nostrum — *Acidalius*

quam nostrum, quamquam modo laudati sumus, iis quos insectatus est Aper comparamus. ac ne ipse quidem ita sentit, sed more vetere et a *veteribus* philosophis saepe celebrato sumpsit 10 sibi contra dicendi partes. igitur exprome nobis non laudationem antiquorum (satis enim illos fama sua laudat), sed causas cur in tantum ab eloquentia eorum recesserimus, cum praesertim centum et viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit.' 15

25. Tum Messalla: 'sequar praescriptam a te, Materne, formam; neque enim diu contra dicendum est Apro qui primum, ut opinor, nominis controversiam movit, tamquam parum proprie antiqui vocarentur quos satis constat ante centum annos fuisse. mihi autem de vocabulo pugna non est; sive illos antiquos sive 5 maiores sive quo alio mavult nomine appellet, dum modo in confesso sit eminentiorem illorum temporum eloquentiam fuisse; ne illi quidem parti sermonis eius repugno, si cominus

Messalla's
Answer to
Aper's
Criticisms.

nostrorum— ω nostrorum defensorum—D n. temporum—*coni. Halm.* laudati quos—*om. CDA.* 9 comperatus est Aper comparamus—D. 10* veteribus—*Nipperdey, Ms. nrs (i. e. nostris)*—AB *Pt. Hm. Ml. Wf.* vestris—CDEV *Bs. dell. Muretus, And.* vetere—*Ritter cf. Sirker, p. 36.* veteri— ω *Ms. Pt. Bs.* 12 illos— ω istos—AB *Ms.* sua fama—*Baehrens.* 13 in tantum—
eri
CDEV *Bs.* tantum—AB. recesserimus—DEV recessimus—C recessimus—AB. 14 centum tantum et—*coni. Halm.* 15 effici—*del. Roersch* efficiat—*Baehrens.* ratione—*Schulting.* collegerit—ABEV colligitur—CDA *del. Baehrens.*

25. 1 praescriptum et—VA perscriptam et—C et perscriptam—E. 3 proprie parum proprie—D. 4 constaret—CEA constare—V. intra centum—*Muretus.* 5 illos— ω istos—AB *Ms.* 6 alio quo—C. 7 *ex* istorum *corr. B.* 8* cominus (comminus) fatetur— ω fatear—E quominus fatear—V quominus fatetur—b *Put.* quin omnes fatemur—*Acidalius* quominus fateamur—*Huet* quatenus fatetur—*Heumann* qua omnino fatetur—*Schulze* cominus si fatetur—*Pabst, Bs.* qua in commune—*Boetticher* si comminans—*Nissen probante Vahlen* qua non sine conviciis—*Haase* quominus faveatur—*Knaut [si]* quominus fatear—*Halm olim, Ms.* qua quasi convictus—*idem* qua scilicet cominus acturus—*R. Schöll* ubi si commeminimus—*Ribbeck* si cum omnibus fatetur—*Peter* eo minus si—*Steuding* qua quasi cominus nisus fatetur—*Ioh. Muller, Wf. And.* qua fatetur—*Novák* si invitatus fatetur—*Heller.* 9 hisdem—

fatetur plures formas dicendi etiam isdem saeculis, nedum di-
 10 versis extitisse. sed quo modo inter Atticos oratores primae
 Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Aeschines et
 Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent, omnium *tamen* con-
 cessu haec oratorum aetas maxime probatur, sic *et* apud nos
 Cicero quidem ceteros eorundem temporum disertos antecessit,
 15 Calvus autem et Asinius et Caesar et Caelius et Brutus iure et
 prioribus et sequentibus anteponuntur. nec refert quod inter
 se specie differunt, cum genere consentiant. adstrictior Calvus,
 nervosior Asinius, splendidior Caesar, amarior Caelius, gra-
 vior Brutus, vehementior et plenior et valentior Cicero: omnes
 20 tamen eandem sanitatem eloquentiae *prae se* ferunt, ut, si
 omnium pariter libros in manum sumpseris, scias, quamvis in di-
 versis ingeniis, esse quandam iudicii ac voluntatis similitudinem
 et cognitionem. nam quod invicem se obtrectaverunt et sunt
 aliqua epistulis eorum inserta ex quibus mutua malignitas de-
 25 tegitur, non est oratorum vitium sed hominum. nam et Cal-
 vum et Asinium et ipsum Ciceronem credo solitos et invidere
 et livore et ceteris humanae infirmitatis vitiis adfici: solum
 inter hos arbitror *Brutum* non malignitate nec invidia sed sim-
 pliciter et ingenue iudicium animi sui detexisse. an ille Ciceroni

EV. 11 autem—*dell. Ritter, edd. inde—ins. Steuding.* 12 Hypericles—B. et Lysias—*incll. Usener, Np. Bs. at cf. Quint. X, 1, 76.* *tamen—*emendavi autem— ω .* 13 sic et—*Baehrens sicut— ω sic—b Put.* 14 disertos—*om. D.* 15 autem—*om. D* Coelius—B Caecilius—D. si iure—b (*i. e. Brutusiure*) si vere— ω (*cf. 10, 20*). sic iure—*Put. suo iure—ed. Francof. 1542 (Lipsius), Ms. et post iure—om. D.* 17 differunt—*Italm differant— ω .* at strictior— ω *corr. Acidalius.* sit strictior—*Meiser, Bs.* 18* nūosior—A *i. e. nervosior (Meiser, Steuding, Wf.) vel numerosior— ω venosior—Baehrens.* Caesar et—D. Coelius—B. 19 valentior *et . . . vehementior—transp. E.* 20 sanctitatem— ω *corr. Rhenanus.* *prae se—*add. Andresen, Hm. Ml. praeferunt—Acidalius, Np. Pt. Wf. Nk. servant—Baehrens.* 21 scias—B sciam— ω scientia—V. 23 cogitationem— ω *corr. Beroaldus.* se—*dell. Nipperdey, Ms. Bs. Hm. Ml. Wf. And.* 24 ex—*dcl. Acidalius.* 26 et invidere—*dell. Nipperdey, Ms. Hm. Ml. Wf. And.* et invicem livere—*Baehrens.* 27* livore—*Ritter.* vitiis—*om. D.* virtus—V. 28 Brutum—*Put.* utrum— ω verum—B. 28 [detrectasse] sed—

invideret qui mihi videtur ne Caesari quidem invidisse? quod 30
ad Servium Galbam et C. Laelium attinet et si quos alios anti-
quiorum *Aper* agitare non destitit, *id* non exigit defensorem,
cum fatear quaedam eloquentiae eorum ut nascenti adhuc nec
satis adultae defuisse.

26. Ceterum si omisso optimo illo et perfectissimo genere
eloquentiae eligenda sit forma dicendi, malim hercule C. Grac-
chi impetum aut L. Crassi maturitatem quam calamistros Mae-
cenatis aut tinnitus Gallionis: adeo melius est orationem vel
hirta toga induere quam fucatis et meretriciis vestibus insi- 5
gnire. neque enim oratorius iste, immo hercule ne virilis qui-
dem cultus est, quo plerique temporum nostrorum actores ita
utuntur, ut lascivia verborum et levitate sententiarum et li-
centia compositionis histrionales modos expriment. quodque
vix auditu fas esse debeat, laudis et gloriae et ingenii loco pleri- 10
que iactant cantari saltarique commentarios suos. unde oritur
illa foeda et praepostera, sed tamen frequens sicut † his . . .

add. Ribbeck. 29 decessisse — C. 30 invidere — D in invideret — V. 31 Ser-
gium — B. C. Caelium — C. *C. Carbonem — *add. Classen.* antiquiorum —
P. Voss antiquorum — *ω Ms. Pt.* 32* *Aper* — *ins. idem. And. Wf.* desistit —
Beroaldus. id — *hic vel post* exigit excidisse *coni. Huet (Ruperti).* exigo — *Heu-*
mann exigunt — *Boetticher (Novdk).* 33 nec — *om. C.*

26. 1 optimo — *Put. opinio* — *ω.* 2 eligendi — D. hercule — EV hercule
— *ω edd.* 3 duritatem — *Knaut.* 4 orationem — *Pichena (Andresen), Pt.*
Hm. Ml. Wf. oratorem — *ω Ms.* 5 hirtam togam . . . insigniri — *Haupt, Np.*
oratore se . . . insignire — *F. Polle (Baehrens).* 7 quoquo — D. a[u]tores
— B auctores — A oratores — *Ritter.* 8 utimur — D. lasciva — D. 10 debeat
— *Muretus, Np.* debet — *Baehrens.* plerique — *del. Novdk.* 12* *Locus corrup-*
tiissimus et insanabilis sicut his — ABCD hisdam . . . et — E hisdam et — V
cla-et — ACDA clamet — B *Put. dam.* . . . et — E. sicut his clam-et — *del.*
Nipperdey frequens quibusdam — *Rhenanus, Hm.* sicut scitis laus et — *Orelli*
clausula et — *Dryander* sicut his placet — *Steuding* sicut scitis audientium
clausula — *Teuffel* saeculi huius — *Haase (Ribbeck)* ut sic dixerim — *Schopen*
sicut scitis clausula — *Michaelis* sicut histrionum clausula — *Peter* frequens si
dis placet exclamatio — *Andresen* sicut quis clamet, excl. — *Vahlen* singulti-
bus clausula et excl. — *Knaut* si cui quis placet — *Gericke* sicut scitis faventium
— *coni. Halm* si mollis clausula — *Baehrens* frequens circulis scholarum
excl. — *Ioh. Müller Ez* ut illis sicut his histrionibus clametur *corruptelam*

cla . . . et ut oratores nostri tenere dicere, histriones diserte saltare dicantur. equidem non negaverim Cassium Severum
 15 quem solum Aper noster nominare ausus est, si iis comparetur qui postea fuerunt, posse oratorem vocari, quamquam in magna parte librorum suorum plus *bilis* habeat quam sanguinis. primus enim contempto ordine rerum, omissa modestia ac pudore
 20 dio feriendi plerumque deiectus, non pugnat sed rixatur. ceterum, ut dixi, sequentibus comparatus et varietate eruditionis et lepore urbanitatis et ipsarum virium robore multum ceteros superat quorum neminem Aper nominare et velut in aciem educere sustinuit. ego autem expectabam, ut incusato Asinio
 25 et Caelio et Calvo aliud nobis agmen produceret, pluresque vel certe totidem nominaret ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis deinde singulos opponeremus. *nunc* detrectasse nominatim antiquos oratores contentus neminem sequentium laudare ausus est nisi et in publicum et in commune, veritus credo,
 30 ne multos offenderet, si paucos excerpisset. quotus enim quisque scholasticorum non hac sua persuasione fruitur, ut se ante Ciceronem numeret, sed plane post Gabinianum? at ego non verebor nominare singulos, quo facilius propositis exemplis adpareat quibus gradibus fracta sit et deminuta eloquentia.'

ortam esse coni. John frequentissima iam est, exclamatio — Heller. 13 nostri — del. Novdk. temere — ω corr. Lipsius. 15 quemquem — D. nominare Aper noster — E. 16 posse — CDEV pos \times se — B post se — A. 17* bilis — Wopkens. vis — ω Pt. ius — V puris — Schurzfleisch viri — Lünemann, Ms. fellis — Peerkamp suci — A. Schöne carnis — Meiser salis — Ribbeck. 19 incompositis — D in compositiis — V. studio — E studiis — ω . 20* detectus — Lipsius (Heller) fortasse recte devectus — CD disiectus — Ribbeck devinctus — Cornelissen defectus — coni. Baehrens, del. Novdk. 21 comparatus — om. D. 22 multum ex multos — corr. B. cunctos — Baehrens. 23 vult — AB sed b corr. 24 incusato — CEVA in Curato — A incurato — BD. 25 plerisque — CDA. 26 certo — A *post Ciceroni Spengel add. alium Bruto. 27 denique — F. Polle. nunc — V (Rhenanus) non — ω . 29 in comune — DE in omne (*ortum est ex cū*) in — del. Baehrens. in publicum — del. Novdk. veritum — ω corr. Lipsius. 30 laederet — B fortasse recte. excepisset — Pithoeus. 31 in hac — E. sua — del. Novdk. 32* etsi plane — R. Schüll, IIm. etsi sit — Baehrens. 34 fracta — B freta — ω .

27. 'Parce' inquit Maternus 'et potius exsolve promissum. neque enim hoc colligi desideramus, disertiores esse antiquos, quod apud me quidem in confesso est, sed causas exquirimus, quas te solitum tractare dixisti, paulo ante plane mitior et eloquentiae temporum nostrorum minus iratus, antequam te Aper offenderet maiores tuos lacessendo.'

Maternus requests the speaker not to digress from the subject under discussion.

'Non sum' inquit 'offensus Apri mei disputatione nec vos offendi decebit, si quid forte aures vestras perstringat cum sciatis hanc esse eius modi sermonum legem, iudicium animi citra damnum adfectus proferre.'

10

'Perge' inquit Maternus 'et cum de antiquis loquaris, utere antiqua libertate, a qua vel magis degeneravimus quam ab eloquentia.

28. Et Messalla 'non reconditas, Materne, causas requiris nec aut tibi ipsi aut huic Secundo vel huic Apro ignotas, etiam

Speech of Messalla on the Causes of the Decline of Oratory.

27. 1 parce — *Andresen, Wf.* aparte — *DA* aperte — *E* apparate — *AC* apparate — *B* appareat — *V* appopera — *Put.* (*Ortum est mendum ex scriptura continua: eloquentiaparce*) appopera . . . et otius — *Acidalius* apparet sed — *Urlichs* at parce iis — *coni. Michaelis, Pt.* at paca te — *Jansen* a parce — *Usener, Bs.* at parce — *Halm* operae parce — *Ioh. Müller.* 2 et enim — *C.* haec — *ABD.* cf. 3, 11. 3 quos — *E.* me quidem — *B* equidem — *ω Ms.* 4 dixisti — *e quodam libro (?) post tractare — ins. Lipsius, Hm.* ante dixisti, tum quidem plane — *Haase, Pt. Ml. And.* p. a. d. cum esses — *Schopen.* profitebaris — *Ribbeck* pollicitus es — *Baehrens* dicebas — *malim.* mitior et eloquentiae — *Schele* mitiore eloquentia et — *ω* placido dixisti ore eloquentiae — *Knaut* miti ore eloquentiaque — *Baehrens.* 5 minus iratus — *Nissen (Weissenborn)* miratus iratus — *ω* minime iratus — *Seebode, Bs.* non ita iratus — *Schopen* nec eloquentiae . . . iratus — *Noordk.* 6 incessendo — *Heumann (Schulting), Bs.* istos — *Schulting.* 7* Apri mei — *Schurzfleisch, Bs. Wf.* a prima — *ω* Aprina — *Lipsius* A. nostri — *Gronovius, Pt. And.* A. illa — *Sillig, Ms. Np.* Apri disp. — *Orelli (Vahlen), Hm. Ml.* A. acerrima — *Knaut.* nec vos — *Put. Ms. Np. Hm. Wf.* nam nec — *CEV Pt.* nam et — *ABD* et vos . . . dedecabit — *Nolte* nec mea vos — *Andresen* nec iam — *coni. Halm, Bs.* nam et vos non — *Vahlen ap. Binde p. 15.* magis A. disp. quam et vos — *Ioh. Müller.* 8 perstringat — *AB* perstringit — *ω Bs.* perstringet — *Lipsius.* 10 cum affectu — *Mühly.* 11 et cum — *ω* cum — *ABD Ms.* 12 a — *add. b.*

tū (tum)

28. 1* Et — *CDE Ms. Pt. Bs.* [qui] — *B Np. Ml. Wf. And.* qui — *A om. V.* cui — *Halm.* 2 ignoras — *D.* *etiam si — *ω* et enim iam — *Acidalius, Np.* sed

si mihi partes adsignatis proferendi in medium quæ omnes
sentimus. quis enim ignorat et eloquentiam et ceteras artes
5 descivisse ab illa vetere gloria non inopia hominum, sed desidia
iuventutis et negligentia parentum et inscientia præcipientium
et oblivione moris antiqui? quæ mala primum in urbe nata,
mox per Italiam fusa, iam in provincias manant. quamquam
vestra vobis notiora sunt: ego de urbe et his propriis ac verna-
10 culis vitiis loquar quæ natos statim excipiunt et per singulos
aetatis gradus cumulantur, si prius de severitate ac disciplina
maiorum circa educandos formandosque liberos pauca prædi-
xero. nam pridem suus cuique filius, ex casta parente natus,
non in cellula emptæ nutricis sed in gremio ac sinu matris
15 educabatur cuius præcipua laus erat tueri domum et inservire
liberis. Aut eligebatur maior aliqua natu propinqua cuius pro-
batis spectatisque moribus omnis eiusdem familiae suboles com-
mitteretur; coram qua neque dicere fas erat quod turpe dictu,
neque facere quod inhonestum factu videretur. ac non studia
20 modo curasque sed remissiones etiam lususque puerorum san-
ctitate quadam ac verecundia temperabat. sic Corneliam Grac-

On the Edu-
cation of
Children.

tamen dicam — *Ritschl, And.* et iam — *Ruperti* sed enim aperiam si — *Ribbeck*
et enim . . . quis iam ignoret — *Knaut* sed iam mihi — *Baehrens* sed aperiam si
mihi — *L. Traube.* 5* ingeniorum — *Fr. Jacob* temporum — *Steuding* nominum
— *Ribbeck* præmiorum — *Helmreich, Wf.* honorum — *Baehrens* aptorum homi-
num — *Novdk.* magistrorum — *conieci.* 6 ignorantia — D. 8 in — BE om. ω ad
— *coni. Baehrens.* 9* his — ω iis — B huic — *Huet* huius — *Spengel, Ms. Bs.*
Hm. eius — *Meiser, Np.* urbis — *Weinkauff* urbis huius — *Novdk.* 11 de — b
Put. a — ω. 12 contra — D. 13 nam — *Weissenborn* iam — ω iam primum — *Rhe-*
nanus tum quidem — *Meiser.* suis — DV. 14 cella (i. e. cellula) — D *Bs. Wf.*
And. cellam — ω cella — *Put.* in — *add. Andresen, Np. Bs.* 15 educabatur — b
CDEV educabitur — AB. erat — ω erit — ABD. 16* aut elig. — *Meiser, Bs.*
Wf. elig. autem — ω etiam — *R. Schöll* saltem — *Ribbeck.* Post liberis *Bern-*
hardy transposuit 19 ac . . . 23 accepimus. *Sauppe* 21 sic . . . 23 accepimus.
Vulgo vel saepe post autem excidisse putat *Michaelis.* 18 qu[i]a — C quia — VΔ
quibus — *Baehrens.* dicere — E *Put.* di×cere — B discere — ACDV. 19 aut
facere — E facere — om. D. dictu et factu *transp. Peerlkamp* for' *asse recte.*
Ante ac lacunam statuit *Bernhardy.* ac mater vero — *coni. Mich⁹selia.* haec
non — *Muretus.* 20 lusus — D (quepue) * [mater] puerorum — ^d *add. Peter.*
fr

chorum, sic Aureliam Caesaris, sic Atiam Augusti [matrem] prae-fuisse educationibus ac produxisse principes liberos accepimus. quae disciplina ac severitas eo pertinebat, ut sincera et integra et nullis pravitatibus detorta unius cuiusque natura ²⁵ toto statim pectore arriperet artes honestas, et sive ad militarem rem sive ad iuris scientiam sive ad eloquentiae studium inclinasset, id solum ageret, id universum hauriret.

29. At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae cui adiungitur unus aut alter ex omnibus servis plerumque vilissimus nec cuiquam serio ministerio adcommodatus. horum fabulis et erroribus [et] virides statim et teneri [rudes] animi imbuuntur; nec quisquam in tota domo pensi habet, quid ⁵ coram infante domino aut dicat aut faciat. quin etiam ipsi parentes *non* probitati neque modestiae parvulos adsuefaciunt sed lasciviae et dicacitati per quae paulatim impudentia inrepat [et sui alienique contemptus]. iam vero propria et peculiaria huius urbis vitia paene in utero matris concipi mihi videntur, ¹⁰ histrionalis favor et gladiatorum equorumque studia: quibus occupatus et obsessus animus quantum loci bonis artibus relinquit? quotum quemque invenies qui domi quicquam

²¹ temperabant — *Baehrens*. ²² Atiam — *Ernesti Acciam* — ω actiam — B matrem — *dell. Sauppe, Np. Hm. Ml. Wf. And.* ²⁵ et [in] — *del. Rhenanus*. ²⁶ statim toto — D. arripere — V acciperet — *Nettleship*. *militarem rem — rem
coni. Halm. rem militarem — ω rem — *om.* AB (*i. e.* militare).

29. 1 ac — D atque — V. 4 et moribus — *discipulus quidam Classeni* amoribus — *Ritter* sermonibus — *Cornelissen*. *virides . . . et teneri — *scripsi* et virides teneri — AB et virides — *del. b. om. Put.* et viles C (ad vires — c) et vires — DA et vides — VE² in lacuna rudes — ω virides . . . et rudes — *Knaut, Wf.* et vitilis r. s. et t. — *Eckstein, Ms. Pt.* [et virides] — *dell. Halm dittographiam verborum* et rudes *statuens, Np. Bs. Ml.* 6 domino dicat — D ipsi quin etiam — *malim*. 7 non — *Vahlen, Hm. Bs. Wf. And.* nec — B *Pt. Ml.* nec [im]probitate — C
‡ nec nec
improbitali — A improbitali — D improbitali — EVA. 8 dicacitati — b. bibacitali — ω libertati — *Put.* vivacitati — *Rutgersius*. *[et . . . contemptus] — *secludendum censeo*. 9 alienorumque — *Heumann, Bs.* ista vero — *coni. Michaelis*. peculiaris — V. 11 histrionalis — DA. quibus [si] — *add. Baehrens*. 13 relin-

aliud loquatur? quos alios adulescentulorum sermones excipi-
 15 mus, si quando auditoria intravimus? nec praeceptores quidem
 ullas crebriores cum auditoribus suis fabulas habent; colligunt
 enim discipulos non severitate disciplinae nec ingenii experi-
 mento sed ambitione salutationum et inlecebris adulationis.

On the Edu-
 cation of the
 Orator.

30. Transeo prima discentium elementa in quibus et ipsi
 parum laboratur: nec in auctoribus cognoscendis nec in evol-
 venda antiquitate nec in notitia vel rerum⁴ vel hominum vel tem-
 porum satis operae insumitur. sed expetuntur quos rhetoras
 5 vocant; quorum professio quando primum in hanc urbem intro-
 ducta sit quamque nullam apud maiores nostros auctoritatem
 habuerit, [de curiis] . . . referam necesse est animum ad eam
 disciplinam qua usos esse eos oratores accepimus quorum infi-
 nitus labor et cotidiana meditatio et in omni genere studiorum
 10 adsiduae exercitationes ipsorum etiam continentur libris. no-
 tus est vobis utique Ciceronis liber, qui Brutus inscribitur, in
 cuius extrema parte (nam prior commemorationem veterum
 oratorum habet) sua initia, suos gradus, suae eloquentiae velut
 quandam educationem refert: se apud Q. Mucium ius civile
 15 didicisse, apud Philonem Academicum, apud Diodotum Stoi-
 cum omnes philosophiae partes penitus hausisse; neque iis

quitur — CDA. invenires — AB [iuvenum] invenies — *add. Andresen.* 15 nec
 — *ω* *Wf.* ne — E. 16 ullas quidem — B. ille crebris — D.

30. 3 notitia *corr.* BE *ex* notitiam — *ω.* 4 insumere — C. 5 vocant —
 † vocant

CEVΔ vocatis — AB vocatis — D. 6 est quam — *Usener, Np. Pt. Bs.* 7* de
 curiis — *ω* (decurriens — E). *Reliquias esse glossematis* 'de curis antiquorum
 oratorum' *perspexit Helmreich, cf. c. 30 ad fin.*: de officio oratoris — B *in marg.*
Germ. 21,14. dicam prius — *Acidalius* statim dicturus (*Gronovius, And.*)
 prius — *Halm, Np. Wf.* decursurus — *Vahlen* satis declaraturus — *Peter* securus
 statim — *Meiser, Bs.* non latius dicturus — *Nipperdey olim* est alienum decurrere
 — *Knaut* iam non persecuturus — *coni. Michaelis* nunc ref. — *Ritter.* 8 qua
 usos — B quo ausos — ACEV anos — D [nros] eos — D. 10 exercitationes —
 EV b exercitationis — ABCD. 11 vobis — *Rhenanus* nobis — *ω* utique nobis
 — D. 14 refert — b referre — *ω.* sese — *Baehrens.* 15 Diodotum — CV Diodo-
 rum — ABDE. 16 his — CEV. 17 copiam — C (copiamurbe) in urbe — *om.* D.

doctoribus contentum quorum ei copia in urbe contigerat Achaiam quoque et Asiam peragrasset, ut omnem omnium artium varietatem complecteretur. itaque hercule in libris Ciceronisprehendere licet, non geometriae, non musicae, non 20 grammaticae, non denique ullius artis ingenuae scientiam ei defuisse. ille dialecticae subtilitatem, ille moralis partis utilitatem, ille rerum motus causasque cognoverat. ita est enim, optimi viri, ita *est*: ex multa eruditione et plurimis artibus et omnium rerum scientia exundat et exuberat illa admirabilis elo- 25 quentia; neque orationis vis et facultas, sicut ceterarum rerum, angustis et brevibus terminis cluditur, sed is est orator qui de omni quaestione pulchre et ornate et ad persuadendum apte dicere pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum voluptate audientium possit. 30

31. Hoc sibi illi veteres persuaserant, ad hoc efficiendum intellegebant opus esse, non ut in rhetorum scholis declamarent, nec ut fictis nec ullo modo ad veritatem accedentibus contriversiis linguam modo et vocem exercerent, sed ut [in] iis artibus pectus impleant in quibus de bonis et malis, de honesto 5 et turpi, de iusto et iniusto disputatur; haec enim est oratori subiecta [ad dicendum] materia. nam in iudiciis fere de

10 hercule—CDEV hercle—AB. et in—EV. 20 licet *ex* dicet *corr.* D. geometricae—DV. 21 ingenuae—*abesse malim* ingenuae artis—CDEV artis ingenuae—AB *edd.* (i. e. artis). 22 dialecticae—C (dialectice—BDEV dyalectice—A). iste—AB sed *ll in litura*. 23 iste rerum—AB (*sed b corr.*). ortus—*Peerlkamp*. cognoverit—D. 24 est—*addidi* (cf. *Cic. Verr.* II. 4, 52, 117). 25 ista—AB *Ms.* 26* orationis—*Goelzer, Wf.* oratoris—*ω* oratoria—*Joh. Müller.* *sicut [scientia]—*ins. Knaut* sicut—*del. R. Schöll* sicut *cet. rer.*—*del. Steuding* certarum rerum—*Nipperdey* s. ceterae artes, certarum rerum—*Andresen* s. artificum ceterarum rerum—*Baehrens.* 27 angustiis—DA. clauditur—E. 28 ornate quid orator et—C. *In margine minio pictum* Quid sit oratoris proprium—C de officio oratoris—B *in marg.*

31. 1 hoc—CEV hec—ABD hec efficiēda—D. 2 rhetoris scolis—D. 3 accidentibus—E. 4 exercerent—BEV exercent—ACDA. in—*om. Put.* iis—C his—*ω* (hiis—D). 5* implorent—C. et (*pro ac*)—D. honesti—D. 6 enim *est*—AB est enim—CDEV. 7* ad dicendum—*delendum censeo* subiecta ad

aequitate, in deliberationibus *de utilitate, in laudationibus* de honestate disserimus, *sed* ita ut plerumque haec ipsa in vicem
 10 misceantur: de quibus copiose et varie et ornate nemo dicere potest, nisi qui cognovit naturam humanam et vim virtutum pravitatemque vitiorum et intellectum eorum quae nec in virtutibus nec in vitiis numerantur. ex his fontibus etiam illa
 15 scit quid ira, *et* promptius ad miserationem impellat, qui scit quid sit misericordia et quibus animi motibus concitetur. in his artibus exercitationibusque versatus orator, sive apud infestos sive apud cupidos sive apud invidentes sive apud tristes sive apud timentes dicendum habuerit, tenebit venas animorum
 20 et, prout cuiusque natura postulabit, adhibebit manum et temperabit orationem, parato omni instrumento et ad omnem usum reposito. sunt apud quos adstrictum et collectum et singula statim argumenta concludens dicendi genus plus fidei meretur: apud hos dedisse operam dialecticae proficiet. alios fusa et
 25 aequalis et ex communibus ducta sensibus oratio magis delectat: ad hos permovendos mutuabimur a Peripateticis aptos et in omnem disputationem paratos iam locos. dabunt Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon iucunditatem; nec

ad dicendum

dic. — ω ad dic. subi. — E (oratori subiecta). oratori — *del. Novák. 8* supplevit Ursinus.* 9 [sed] ita — *add. Acidalius, Np. Bs. Ml. vel ita tamen — idem, Hm. And.* plerumque — *om. C.* haec ipsa — CDEV *Bs. Wf.* ipsa — *om. AB.* 10 misceant — D. 12 intellectum [habet] — *add. Schopen. post et ins. Pt. Hm. Ml. nec . . . nec AB neque . . . neque CDEV cf. 31,31.* 13 in — *om. AB. post vitiis B ins. [cötinetr].* illa — bCDEV ista — AB *Ms.* 15 ira — D ire (ae) — ω *Ms. Pt. et — add. Fr. Jacob, Bs. Hm. Ml. Wf. (cf. 5,26).* sit ira — *Lipsius, And. ira sit — Pithoeus, Np. ad — CEVA et — ABD.* 16 motus — D. 17 versatus — EV versatur — $\omega.$ 18 videntes — D. 19 hūit (*i. e. habuerit*) — D. *20 [causae] cuiusque — *ins. Andresen* postulaverit — CEVA *fortasse recte.* 21 omnem orationem — AB *sed corr. B* rationem — *Baehrens.* 23 fidei — *Put. fidem — ω fide — Sirker.* 24 proficiet — V. 25* aequalis — *Andresen, Np. Bs. Wf. (at cf. Quint. III, 8,60, 9,2).* oratio — *om. D.* 26 permovendos — CEV promovendos — AB comovedos — D. mutuabimus — A. apertos — C. 28 ne (= nec) — Δ ne — $\omega.$

Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam exclamationes adsumere iisque, prout res poscit, uti alienum erit oratori. 30 neque enim sapientem informamus neque Stoicorum *comitem*, sed cum qui quasdam artes *haurire*, omnes *libare* debet. ideoque et iuris civilis scientiam veteres oratores comprehendebant, et grammatica musica geometria imbuebantur. incidunt enim causae, plurimae quidem ac paene omnes, quibus iuris notitia 35 desideratur, pleraeque autem in quibus haec quoque scientia requiritur.

32. Nec quisquam respondeat sufficere, ut ad tempus simplex quiddam et uniforme doceamur. primum *enim* aliter utimur propriis, aliter commodatis, longeque interesse manifestum est, possideat quis quae profert an mutuetur. deinde ipsa multarum artium scientia etiam aliud agentes nos ornat, atque ubi 5 minime credas, eminet et excellit. idque non doctus modo et prudens auditor sed etiam populus intellegit ac statim ita laude prosequitur, ut legitime studuisse, ut per omnes eloquentiae numeros isse, ut denique oratorem esse fateatur; quem non

30 poscet — *Pithoeus*. 31 neque . . neque — ABD nec — CEVA. *comitem — *Vahlen*, *Hm. Wf.* *Ettem* — A civitatem — bCDEV *Ms.* artem — B civem aliquem — *Haase* civem — *Doederlein* divitem — *Urlichs* sectatorem — *I. Fischer* ne quem Stoicorum incitem — *Röhl* neque et civitatem — *del. Haupt* e St. civitate — *Peter* principem — *Steuding* ex St. mente vel secundum St. arbitratum (vel severitatem) — *coni. Michaelis* dialecticum — *Baehrens* aliquem — *Andresen* antistitem — *Ioh. Müller* artificem — *Heller*. 32 haurire — *Lipsius* audire — ω haurire, scire — *Baehrens* libare — *Bekker praeeunte Acidali* liberaliter — ω libare leviter — *Sillig*, *Ms.* quas dicebam . . . liberaliter debet — *Andresen*. 33 civilis — om. B. comprehenderunt — D. 34 grammaticae, musicae et geometricae — ω corr. *Rhenanus* et — *del. Wesenberg* et musica — *Ritter*. *incidunt . . 37 requiritur — *incl. Andresen*, *Np.* 35 [in] quibus — *add. Meiser*, *Hm. Wf.* pleraeque — b *Rhenanus* plerumque — ω *Bs.* 36 in quibus — *del. Baehrens*. haec quoque — ω haec — AB, *Ms. And.* harum — *Schurzfleisch* haec aut illa — *Meiser* illa quoque — *Novak*. quiritur reperitur — B.

32. 1 sufficere — E sufficeret — ω . 2 informe — *Put.* usu facile — *Michaelis* et commune — *coni. Baehrens*. *enim — *Rhenanus*, *Np. Hm. Ml. And.* autem — ω . 4 quisq. — CE. 6 credas enim et — V. 8 ut leg. *ex* aut *corr.* B aut — ω . actorem ante ut leg. — *ins. Baehrens*. 9 isse — C isse et — ABD isset —

10 posse aliter existere nec extitisse umquam confirmo, nisi eum, qui tamquam in aciem omnibus armis instructus, sic in forum omnibus artibus armatus exierit. quod adeo neglegitur ab horum temporum disertis, ut in actionibus eorum *huius* quoque cotidiani sermonis foeda ac pudenda vitia deprehendantur; 15 ut ignorent leges, non teneant senatus consulta, ius *suae* civitatis ultro derideant, sapientiae vero studium et praecepta prudentium penitus reformident. in paucissimos sensus et angustas sententias detrudunt eloquentiam velut expulsam regno suo, ut quae olim omnium artium domina pulcherrimo 20 comitatu pectora implebat, nunc circumcisa et amputata, sine adparatu, sine honore, paene dixerim sine ingenuitate, quasi una ex sordidissimis artificii discatur. ego hanc primam et praecipuam causam arbitror, cur in tantum ab eloquentia antiquorum oratorum recesserimus. si testes desiderantur, quos 25 potiores nominabo quam apud Graecos Demosthenem quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriae proditum est? et Cicero his, ut opinor, verbis refert, quidquid in eloquentia effecerit, id se non *ex* rhetorum *officinis*, sed *ex* Academiae spatii consecutum. sunt aliae causae, magnae et graves, 30 quas vobis aperiri aequum est, quoniam quidem ego iam

EV. 10* alium—*And. olim, Pt. Bs. Wf.* nisi cum tamquam—*coni. Joh. Müller.* 11 armis et artibus—*transp. Baehrens.* 13* vis—ADb ius—BCEV vix—*Put. corr. Halm, cf. 10,28.* quorumviscunq—*Haupt* vilissima quaeque—*Roth* usquequaque—*Bezenberger* quaevis—*coni. Andresen* act. iudiciisque—*Knaut* ipsius—*coni. Michaelis* humilis quoque—*Cornelissen* vilis—*Baehrens.* 14 reprehendantur—D. 15 non—CEV nec—ABD *Ms.* *suae—*inserui* ius civile dictis ultro—*Ribbeck* ius civile autem—*Baehrens.* 19 utque—CEVΔ. 22 mancipii destituatur—*Ribbeck* ancillis—*Stangl* artibus—*coni. Baehrens.* *ego—AB *Ms. Pt. Wf. And.* ergo—CDEV (*cf. v. l. in Quint. X 1,30*) hanc ego—*malim.* 23 arbitror—CD *Put.* arbitratur—AEV arbitratus—B. 24 recessimus—B recenserimus—D *sed corr.* 27* *post* est lacunam statuit *Baehrens.* et apud nos Ciceronem qui his—*coni. Andresen, Novdk.* 28* non [ex] . . . sed [ex]—*addidi* officinis—*ins. Haase. cf. Cic. Orat. 3,12:* non ex rhetorum officinis sed ex Academiae spatii extitisse. non [in]—*add. Acidalius, Np.* 30 a vobis—b *edd.* 32 quos—*Pithoeus* quōssi—D quod—*Ms. qui—Put.*

meum munus explevi, et quod mihi in consuetudine est, satis multos offendi quos, si forte haec audierint, certum habeo dicturos me, dum iuris et philosophiae scientiam tamquam oratori necessariam laudo, ineptiis meis plausisse.'

33. Et Maternus 'mihi quidem' inquit 'susceptum a te munus adeo peregrisse nondum videris, ut incohasset tantum et velut vestigia ac liniamenta quaedam ostendisse videaris. nam quibus *artibus* instrui veteres oratores soliti sint, dixisti differentiamque nostrae desidiae et *inscientiae* adversus acerrima et fecundissima eorum studia demonstrasti: cetera expecto, ut quem ad modum ex te didici, quid aut illi scierint aut nos nesciamus, ita hoc quoque cognoscam, quibus exercitationibus iuvenes iam et forum ingressuri confirmare et alere ingenia sua soliti sint. neque enim solum arte et scientia sed longe magis facultate et *usu* eloquentiam contineri, nec tu, puto, abnues et hi significare vultu videntur.'

Maternus requests Messalla to continue.

Deinde cum Aper quoque et Secundus idem adnuissent, Messalla quasi rursus incipiens: 'quoniam initia et semina veteris eloquentiae satis demonstrasse videor, docendo quibus artibus antiqui oratores institui erudiri soliti sint, persequar nunc exercitationes eorum. quamquam ipsis artibus inest exercitatio, nec quisquam percipere tot tam varias ac reconditas res

Messalla complying, deals with the forensic exercises of the young orator.

33. 3 ac— ω et—E. 4 artibus—*add. Schopen (Teuffel)*. sint—AC *ex sunt—corr.* BV sunt—DE. *dränique (i. e. differentiamque)* D. 5 scientiae— ω *corr.* Rhenanus. 7 et—D quid—ABD quod—CEVA. scirent— ω *corr.* Schurzfleisch scirint—Heinrich ad Iuv. 15,168. 8 resciamus—C. 9* et iam—Ernesti. et *om.* Schulze. ingressuri—ABEV ingressi—CDA Bs. fortasse recte. conformare—Cornelissen fortasse recte. 10* solum—Dronke, Ms. Bs. Pt. And. dum— ω (d ortum est ex ol) *om.* Put. tantum—Ritter, IIm. Ml. Wf. tam—Steiner. scientia—CD inscientia—ABEV. 11 usu—*ins.* Tyrwhitt. experientia—Baehrens. et—*del.* Rhenanus. eloquentia— ω *corr.* Rhenanus. 12 ii— ω *om.* Put. 13 et—*om.* EV (*ex script. contin.*). 15 videtur— ω *corr.* B. cf. c. 11,16. 16 persequor— ω *corr.* B. 17 nunc—*om.* D. in ipsis—*coni.* Halm, fortasse recte ipsi—D. 18 percipere—*om.* D. *tot tam var. ac recond.—*scripsi* aut rec. tam var.—ACDV aut rec. ^{aut}—B. et . . . aut rec.—E tot tam

potest, nisi ut scientiae meditatio, meditationi facultas, facultati
 20 *usus* eloquentiae accedat. per quae colligitur eandem esse ratio-
 nem et percipiendi quae proferas et proferendi quae perceperis.
 sed si cui obscuriora haec videntur isque scientiam ab exercita-
 tione separat, illud certe concedet, instructum et plenum his
 artibus animum longe *paratiorem* ad eas exercitationes ventu-
 25 rum, quae propriae *esse oratorum* videntur.

34. Ergo apud maiores nostros iuvenis ille qui foro et elo-
 quentiae parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus
 honestis studiis deducebatur a patre vel a propinquis ad eum
 oratorem qui principem in civitate locum obtinebat. hunc se-
 5 ctari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse sive
 in iudiciis sive in contionibus adsuescebat, ita ut altercationes
 quoque exciperet et iurgiis interesset, utque sic dixerim, pu-
 gnare in proelio disceret. magnus ex hoc usus, multum con-
 stantiae, plurimum iudicii iuvenibus statim contingebat, in
 10 media luce studentibus atque inter ipsa discrimina, ubi nemo
 impune stulte aliquid aut contrarie dicit, quo minus et iudex
 respuat et adversarius exprobet, ipsi denique advocati asper-
 nentur. igitur vera statim et incorrupta eloquentia imbueban-
 tur; et quamquam unum sequerentur, tamen omnes eiusdem
 15 aetatis patronos in plurimis et causis et iudiciis cognoscebant;

r. tam v. — *Muretus, Ms. Pt. Ml. And.* tamque v. — *Halm, Wf.* tot r. aut v. — *Nipperdey* tot tam rec. aut v. — *Baehrens* tam v. aut rec — *Iohn.* 19 nisi sic — *coni. Baehrens.* ut — *del. Acidalius.* 20 *usus* — *emend. idem vis* — ABCE *ius* — D *iis* — V. *eloquentiae* — *incl. Sauppe fortasse recte vis experientiae* — *Baehrens.* tandem — D. 21 *percipis* — AB. 23 *sepet* — D *videantur* . . *separet* — *Baehrens.* illud — b CEV *id* — D *istud* — AB *Ms. (i. e. id).* 24 *paratiorem* — *emend. Lipsius parate* — DEVA *paratu* — B *aperte* — C *pate* — A *superantem* — *Vahlen.* 25 *esse oratorum* — R. *Agricola et ornaturum* — ABDV *et ornatorum* — C *ex ornaturum* — E *circa oratorium* — b *in marg. et edit. pr. circa oratorum* — Put. *oratorum* — *Brotier exornatrices oratorum* — *coni. Baehrens.*

34. 2 *praeparabatur* — *Ritter (Novdk).* 7 *exciperet* — *Bekker excipere* — ω . *interesset* — *idem interesse* — ω *se inserere* — *Orelli.* 8 *magnus* — B *magnos* — ω . *multumque* — B. 11 *impune* — *del. Novdk.* 12 *exprobet* — ABC *exprobet* — DE *exprobaret* — V. 13 *incorrupta corr. et corrupta* — B. 16 *populi et* — EV

habebantque ipsius populi diversissimarum aurium copiam ex qua facile deprehenderent, quid in quoque vel probaretur vel displiceret. ita nec praeceptor deerat, optimus quidem et electissimus qui faciem eloquentiae non imaginem praestaret, nec adversarii et aemuli ferro, non rudibus dimicantes, sic auditorium semper plenum, [semper novum] ex invidis et faventibus, ut nec bene nec male dicta dissimularentur. scitis enim magnam illam et duraturam eloquentiae famam non minus in diversis subselliis parari quam in suis; inde quin immo constantius surgere, ibi fidelius corroborari. atque hercule sub eius modi praeceptoribus iuvenis ille, de quo loquimur, oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum, eruditus et adsuefactus alienis experimentis cui cotidie audienti notae leges, non novi iudicum vultus, frequens in oculis consuetudo contionum, saepe cognitae populi aures, sive accusationem susceperat sive defensionem, solus statim et unus cuicumque causae par erat. nono decimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et vicensimo Caesar Dolabellam, altero et vicensimo Asinius Pollio C. Catonem, non multum aetate antecedens Calvus Vatinius iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus.

populi i (d est) — *Lipsius*. 17 quo — *Meiser*. 18 ille quidem — *Baehrens at cf. comment. 3, s.* 19 lectissimus — *Novdk.* quisque — *Meiser* quique aciem — *Baehrens*. 20 rudibus — *corr. P. Faber* sudibus — ω (cf. *Liv. 40, 9 Dr.*). sic — *Michaelis* sed — ω nec — *Haase, editt. rell.* 21* semper novum — *inclusi* semper novum semper plenum — *C.* mixtum ex — *coni. olim Andresen* novum, ex — *idem* compositum ex — *Baehrens* constans ex — *Novdk.* 22 nec breviter — *C.* nec male — *hic ins. Pithoeus, Np. Hm. post ut — Agricola, Ms. Pt.* nec bene nec secus — *Schopen, Wf.* nec [minus] bene — *add. Andresen* nec b. d. ignorarent, nec male d. diss. — *Sauppe* nec b. d. hi ignor. nec male d. illi diss. — *Baehrens*. dissimularentur — *B* dissimularent — ω *Ms.* 24 in — *add. Andresen, Bs. Hm.* 26 oratorum . . . 27 iudiciorum post experimentis collocavit *Classen, incl. Baehrens.* 29 iudicii — *D.* 32* uno et vicensimo . . . 33 tertio — *corr. Nipperdey et Pichena, Ms. Pt. Bs.* nono decimo aet. an. [Q. Hortensius Africae causam defendit] L. C. C. C. uno et vicesimo, altero . . . Catonem, Caesar Dolabellam [tertio et vicesimo] non — *coni. I. Hilberg.* 35 hodieque — *CDEV Wf.* hodie quoque — *AB.*

35. At nunc adolescentuli nostri deducuntur in *scholas*
istorum qui rhetores vocantur, quos paulo ante Ciceronis tem-
 pora extitisse nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum
 est, quod a [M.] Crasso et Domitio censoribus cludere, ut ait
 5 Cicero, ludum impudentiae iussi sunt. sed ut dicere
 institueram, deducuntur in scholas in quibus non facile dixerim,
 utrumne locus ipse an condiscipuli an genus studiorum plus
 mali ingeniis adferat. nam in loco nihil reverentiae est in
 quem nemo nisi aequae imperitus intrat; in condiscipulis nihil
 10 profectus, cum pueri inter pueros et adolescentuli inter adule-
 scentulos pari securitate et dicant et audiantur; ipsae vero exer-
 citationes magna ex parte contrariae. nempe enim duo genera
 materiarum apud rhetoras tractantur, suasoriae et controversiae.
 ex his suasoriae quidem, etsi tamquam plane leviores et minus
 15 prudentiae exigentes, pueris delegantur, controversiae robustio-
 ribus adsignantur, quales, per fidem, et quam incredibiliter
 compositae! sequitur autem, ut materiae abhorrenti a veritate
 declamatio quoque adhibeatur. sic fit ut tyrannidarum prae-
 mia aut vitiarum electiones aut pestilentiae remedia aut in-
 20 cеста matrum aut quidquid aliud in schola cotidie agitur, in

35. 1* scholas (*Lipsius*) istorum — *Haupt, Np. Hm. Ml. Wf. And.* seni scho-
 lasticorum — A sein — CE se in se — V sem — D scenā — B (cena — b in *litura*)
 in se in — Δ scenas — *Rhenanus* scenam scholasticorum — *Peter* seminaria —
Philipp officinas — *Mähly* scholas scenicorum — *Baehrens.* 2 Cicero tempore
 exst. — C Cicero exst. tempore — D. 4 [M.] del. *Schurzfeisch*, [a] Cr. ins.
Michaelis [L.] Dom. — add. *Pithoeus.* Claudio — A in marg. Cr. CLaudio
 — B. eludere — V claudere — DE. 6 scolam — DA in — add. *Schurzfeisch.*
 8* adferant — ω *correxi.* nihil — om. D. *est — add. *Acidalius, Hm.* sed — ω *Np.*
Ml., om. Ernesti scilicet — *Acidalius, Ms. Pt. And.* ut — *Iohn, Wf.* est eo —
Baehrens. intret — *Nipperdey, Hm. Ml. And.* 11 audiantur et dicant — E.
 13 rhetores — BD. 14* quidem etsi — C quid et si — ABEV quod etsi — D
 quidem sic — *Orelli, Bs.* quidem tamquam — *edd.* 15 delegantur — Vb delegun-
 tur — ω. 16 perfidie — AB praestigiae — *Meiser.* 18 quoque [par vel talis] —
ins. Acidalius, Np. similis — *Pithoeus, Ms. Pt.* vana — *Orelli, Nk.* eadem —
Spengel ficta — *Woelfflin, Bs.* velut fit — *Michaelis* ex aequo — *Ritter.* 20 quidquid

foro vel raro vel numquam, ingentibus verbis persequantur: cum ad veros iudices ventum . . .

[*End of Messalla's and beginning of Secundus' speech lost.*]

. . . rem † cogitant. nihil humile, nihil abiectum eloqui poterat.

36. Magna eloquentia, sicut flamma, materia alitur et motibus excitatur et urendo c[1]alescit. eadem ratio in nostra quoque civitate antiquorum eloquentiam provexit. nam etsi horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt, quae composita et quieta et beata re publica tribui fas erat, tamen illa 5 perturbatione ac licentia plura sibi adsequi videbantur, cum mixtis omnibus et moderatore uno carentibus tantum quisque orator saperet, quantum erranti populo persuadere poterat. hinc leges adsiduae et populare nomen, hinc contiones magistratuum paene pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium 10 reorum et adsignatae etiam domibus inimicitiae, hinc procerum factiones et adsidua senatus adversus plebem certamina. quae singula etsi distrahebant rem publicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam et magnis cumulare praemiis videbantur, quia quanto quisque plus dicendo poterat, tanto facilius 15

Eloquence as affected by Political Conditions.

[aliud] — *Andresen olim, Nk.* 21 persequantur — *Put. Np. Pt. Hm. Ml. And.* persequuntur — *C Ms. Bs.* prosequuntur — *ABEA* prosequimur — *D* prosequuntur — *Wolf.* 22 hic desunt sex pagelle — *A in marg.* Deerant in exemplari sex pagellae vetustate consumptae — *B in marg.* Multum deficit in exemplaribus quae reperiuntur — *C (aut c).* hic deest multum: in exemplari dicitur deesse sex paginas — *E in marg.* In *aversae paginae margine* hic est defect 'uni' folii cum dimidio hic multum deficit — *Δ* hic deficient quatuor parvae pagelle — *Venet. in marg.* 12½ *versus* in *D vacui relictis sunt.* *Duae fere paginae* in *V, aliquot versus* in *BCA.* *Lacuna non est indicata in Put.* *cogitant — *AB Ms. Pt. Hm. Ml.* cogitare — *CDEV Bs.* cogitaret — *coni. Halm, Np. Wf. And.* cogitans — *Haase.* *nihil abiectum — *CDE Wf.* vel *abi.* — *AB* obiectum — *V.*

36. 1 mortibus *corr. ex moribus* — *B.* 2 calescit — *conieci praecunte Mähly* clarescit — *ω.* 3 antiquorum — *del. Novák.* 5 fas non — *Schulting nefas* — *Andresen.* tribui — *incl. Novák.* illi — *Gutmann.* 6 [potuisse] videbuntur — *coni. Andresen.* valebant — *Baehrens.* 8 raperet — *Baehrens caperet* — *II. Schütz.* persuadere — *Heumann* persuaderi — *ω Ms.* hic — *A.* 11 reorum — *Bc rerum* — *ω virorum* — *Walther.* 14 cumulari — *Orelli* stimulare — *Cornelissen, cl. c. 37 inil.* 15 quanto — *E.* 16 assequerentur — *D.* 18 post plebem *lucunam statuit*

honores adsequebatur, tanto magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat, tanto plus apud principes gratiae, plus auctoritatis apud patres, plus notitiae ac nominis apud plebem parabat. hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant, hos ituri in
 20 provincias magistratus reverebantur, hos reversi colebant, hos et praeturæ et consulatus vocare ultro videbantur, hi ne privati quidem sine potestate erant, cum et populum et senatum consilio et auctoritate regerent. *qui* quin immo sibi ipsi persuade-
 rant neminem sine eloquentia aut adsequi posse in civitate aut
 25 tueri conspicuum et eminentem locum. nec mirum, cum etiam inviti ad populum producerentur, cum parum esset in senatu breviter censere, nisi qui ingenio et eloquentia sententiam suam tueretur, cum in aliquam invidiam aut crimen vocati sua voce respondendum haberent, cum testimonia quoque in publi-
 30 cis *iudiciis* non absentes nec per tabellam dare, sed coram et praesentes dicere cogerentur. ita ad summa eloquentiae prae-
 mia magna etiam necessitas accedebat, et *quo modo* disertum haberi pulchrum et gloriosum, sic contra mutum et elinguem videri deforme habebatur.

37. Ergo non minus rubore quam praemiis stimulabantur, ne clientulorum loco potius quam patronorum numerarentur, ne traditae a maioribus necessitudines ad alios transirent, ne

Baehrens. parabat — b *Pithoeus* probabat — ω. 20 *m̄fatus* — (i. e. magistratus) — D. hos[et] — om. D. 22 quidem qui — C. 23 cogerent — B. *qui quin — *coni. Iohn olim.* ipsi — om. B *Np.* omnes sibi — *coni. Halm, And.* ipsi proce-
 res — *Baehrens.* 26 produceretur — D. cum parum esset — *bis scripsit* D. 27 breviter — *incl. Schöll.* qui — ω *Np. Bs.* quis — *Lipsius, Ms. Pt. Hm. Ml. Wf. And., del. Ernesti* qui [tulit] — *ins. Baehrens.* 28 tuerentur — B. cen-
 sere [nec probaretur] nisi qui — *add. Ritschl.* 30 *iudiciis* — *add. Agricola, Ms. post in — Cuiucius* publ. causis — *ed. Bipont. Bs.* in *iudiciis* — *Heumann, Np. Pt. Hm. Ml. Wf. And.* non [per] om. — A. quoram — D. 32 quo modo — *Acidalius* commoda — ω om. D. 33 sic — *idem* sed — ω.

37. 1 stimulabantur — *Rhenanus* stipulabantur — ω. 2 *post* patronorum — *exiguum spatium relictum est in V.* loco — om. EV. 3 *tra* isissent — ω *emend.*

tamquam inertes et non suffecturi honoribus aut non impetra-
 rent aut impetratos male tuerentur. nescio an venerint in 5
 manus vestras haec vetera quae et in antiquariorum bibliothecis
 adhuc manent et cum maxime a Muciano contrahuntur, ac iam
 undecim, ut opinor, Actorum libris et tribus Epistularum com-
 posita et edita sunt. ex his intellegi potest Cn. Pompeium et
 M. Crassum non viribus modo et armis, sed ingenio quoque et 10
 oratione valuisse; Lentulos et Metellos et Lucullos et Curiones
 et ceteram procerum manum multum in his studiis operae
 curaeque posuisse, nec quemquam illis temporibus magnam
 potentiam sine aliqua eloquentia consecutum. his accedebat
 splendor reorum et magnitudo causarum, quae et ipsa pluri- 15
 mum eloquentiae praestant. nam multum interest, utrumne de
 furto aut formula et interdicto dicendum habeas, an de ambitu
 comitiorum *aut* expilatis sociis et civibus trucidatis. quae
 mala sicut non accidere melius est isque optimus civitatis status
 habendus in quo nihil tale patimur, ita cum acciderent, ingen- 20
 tem eloquentiae materiam subministrabant. crescit enim cum
 amplitudine rerum vis ingenii, nec quisquam claram et inlu-
 strem orationem efficere potest nisi qui causam parem invenit.
 nec, opinor, Demosthenem orationes inlustrant, quas adversus
 tutores suos composuit, nec Ciceronem magnum oratorem P. 25
 Quintius defensus aut Licinius Archias faciunt: Catilina et
 Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt
 non quia tanti fuerit rei publicae malos ferre cives, ut uberem

Lipsius. 4 honores — *Schopen, Np. Bs.* 5 in — *om.* BD. 6 antiquariorum —
 V (*Schurzfleisch*) antiquiorum — C antiquorum — ABDE haec monumenta
 antiquorum quae in — *Baehrens.* 7 et nunc — b *Put.* 9 iis — C. 10 sed et —
 D. 11 Metellos et — bCD sed et — ABEV. 13 quamquam — D. 14 accedat
 — CDA. 15 rerum — V. causarum — bCDEV curarum — AB. 16 praestabant
 — A (*puncta I. manu*). utrum aut de — Δ. 18* aut — *inserui* de expilatis —
 CDA. civibus — *Put.* comitibus — ω. 20* habendus — CEV h. est — AB est h.
 — D. 24 nec — *scripsi* non — ω. 26 Archia. Catili — D. 28* fuerit — *Nissen*

